



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini  
Nostri Iesv Christi Passione**

**Piatti, Domizio**

**Coloniae Agrippinae, 1610**

Tertia Consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)

CONSIDERATIO

TERTIA;

DE CORPOREIS DOLORI-  
BUS SALVATORIS.



**Q**UANDO QUIDEM  
in secunda consideratione  
expendimus & pondera-  
uimus, qui fuerint dolo-  
res intrinseci, quos san-  
ctissima anima Domini & seruatoris  
nostri IESV Christi perpassa est: In  
hac tertia consideratione perpendemus  
& examinabimus, diuina ope adiuuan-  
te, quales fuerint dolores extrinseci,  
quos Christus in sacratissimo & delica-  
tissimo corpore suo tolerauit: eosq; ad  
maiores facilitatem & euidentiam in  
quinque capitula precipua distinguemus.

Primum: complectetur dolores,  
quos passus est Christus in generali.

Secundum: dolores, quos propter  
corporis sui teneritudinem sustinuit.


Tertium: dolores, quos ob tormento-  
rum immanitatem tolerauit.

P

Quar-

Quartum: dolores, quos propter car-  
nificum truculentiam, & modum cru-  
ciandi perpeffus est.

Quintum: dolores, quos propter sup-  
pliciorum multitudinem, ac varieta-  
tem fenfit.



## DE DOLORIBVS

QVOS CHRISTVS IN COR-  
pore fuo paffus est generatim: quales  
nimirum & quam acer-  
bi fuerint.

### CAPVT I.



ANTE QVAM fingulatim om-  
nes & fingulos Chrifti Domi-  
ni dolores corporeos expendamus, operæ pretium erit gene-  
ralem quandam præbere notitiam, quæ  
animæ fideli, quali præludij & tentamenti  
vice fit, vt opitulâte Spiritus fancti gratia,  
viuaciore cum fenfu ad particularem illo-  
rum confiderationem poffit ingredi.

T.  
Quid fit do-  
lar corpo-  
ris.

CONSIDERA igitur primò: Dolo-  
rém corporis nihil aliud effe, vt cum S.  
Auguftinus definit, quam fenfum quendâ  
in

in corpore ex separatione vnus partis ab alia, vel à corruptione temperamentum aliquius partis ipsius proficiscentem. *Quid enim est dolor, inquit, nisi quidam sensus diuisionis vel corruptionis impatiens?* Et alibi idē sanctus ait. *Quid est enim dolor, qui dicitur corporis, nisi repentina solutio, siue corruptio salutis eius rei, quam malè vtendo anima, corruptioni fecit obnoxiam?*

Lib. 3. de lib. arbit. ca. 23.

De vera religio. ca. 12.

SECUNDO considera, dolorem corporeum, esse vnum ex maximè studiosis & affligentibus incommodis, quæ naturaliter possunt homini mortali accideret, & vnum ex grauissimis malis, quæ ab omnibus (secundum cōmunem naturæ cursum:) fuga, odio & horrore digna æstimantur: ac demum in se tam horrendum & terribilem esse, vt homines etiam robustissimi non modò ad conspectum illius, verum ad solum nomen terreantur & exanimentur: vt propterea Aristoteles dixerit, multò difficilius esse hominibus fortissimis dolores corporeos sustinere, quam à voluptatibus blandientibus se cohibere. *Difficilius enim est, ait, dolores ferre, quam à voluptate se abstinere.* Nequē tantum Aristoteles homo Ethnicus iudicauit dolores corporeos summum esse malum, sed etiam S. Augustinus caelesti lumine abundè collustratus, fatetur, se nonnunquam

II.

Dolor corporeus est res etiam viris fortibus fastidiosa ac permolesta.

3. Ethic. c. 9.

In solibus lib. 1. ca. 1.

224 DE CORP. DOL. SALVAT.  
cogi ad idem sentiendum. Cogor, inquit,  
interdum, Cornelio Celso assentiri, qui ait sum-  
mum bonum esse sapientiam; summum autem  
malum dolorem corporis. Ex his considera-  
tionibus, (quæ ostendunt, quanta sit vis  
& vehementia doloris, vsque adeò vt si nõ  
expugnet, vt minimum concutiat & per-  
turbet etiam fortissimorum virorum ani-  
mos) poteris paulatim ingredi, in pelagus  
inexhaustum, & abyssum profundissimam  
dolorum corporalium Christi Domini  
tui: expendendo tecum, hos dolores in illo  
non amisisse vel minimum aliquid de sua  
vi atque vigore.

III. TERTIÒ considera Christum Domi-  
num in Passione sua, non vnum tantum-  
modò genus tormétorum corporeorum,  
sed quamplurima simul tolerasse: imò ge-  
neratim loquendo, omnia: ita vt D. Tho-  
mas ausit affirmare, Christum certa qua-  
dam ratione omnia supplicia quæ homines  
pati possunt sustinuisse. *Christus, inquit,  
secundum genus passus est omnem passionem hu-  
manam.*

3. p. qua st.  
45. art. 5.

I. Id verò probat, *primùm*, quia ab omni  
genere hominum passus est: à gentilibus  
& Iudæis: à maribus & samellis; à Princi-  
pibus & plebeis: ab amicis & inimicis; à  
domesticis & peregrinis.

II. *Secundò*, quia expertus est, omnia pena-  
rum

tum genera: nã in amicitia passus est, quia omnes amici eius deseruerunt illum: in honore & reputatione, quia irrisiones & probra sustinuit: in facultatib<sup>9</sup>, quia vestimetis spoliatus fuit: in anima, quia tristitiã timorem ac tædium in illa pertulit; in corpore, quia percussionibus & flagellis confectus fuit: in omnibus membris, quia in Passione particulares dolores & cruciatus senserunt: caput à spinis aculeatis: manus & pedes à clavis acutis: visus à colaphis, & consputationibus: idem de alijs membris sentiendum.

*Christus passus est omnia pœnaram genera.*

III.

*Tertio*, quia passus est in omnibus sensibus: Nam in tactu tormetorum asperitate sustinuit: in gustu, fel & acetum: in odoratu, fœtorem cadaverum, eo in loco ubi crucifixus fuit, sepulchrorum: quia mors Caluarie communis erat sepultura omnium malefactorum: in auditu, blasphemias, & murmurationes aliorum contra se: in visu, horredum spectaculum, instrumentorum, ad necem suam pertinentium. Hinc vnde considera, quod cum difficile sit quenquam inuenire, in quo tot tormeta & cruciatus simul, & tali in gradu, sicut in Christo, fuerunt: rectè ac verè affirmari possit, nō esse vllos dolores, illius doloribus similes aut maiores.

*Passus est in omnibus sensibus.*

Quapropter anima fidelis, noli con-

queri dum pro Christi amore, dolores opinionione tua acerbissimos sustines: quandoquidem ille pro tui amore non recufauit tolerare, non modò tuos & omnium hominum dolores, verum etiam quoad gradum intensissimos. Agnosce igitur obligationem tuam, & dilige illum, qui tua causa, tam multa pertulit.

*Isai. 32.*

Quod autem, nullus fuerit dolor corporeus, quem Christus non sustinuit & expertus fuit, præter S. Thomæ auctoritatem, probatur ex illo Isaïæ loco, qui à quàm plurimis hoc sensu intelligitur, ubi ait. *Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde: sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum.* Quod perinde est ac si dixisset. Christus meus exaltabitur, & sublimabitur supra creaturas omnes gloria & honore; veruntamen sicut plurimi obstupuerunt de illius maiestate & gloria: ita quoque plurimos maxima tenebit admiratio, cum viderint eundem illum supra omnes doloribus confectum: & propter vim atque vehementiam dolorum corporis ita immutatum, vt non videatur habere similitudinem hominis. Idem docet S. Hilarius,

larius,

larius, quando dicit Christi in cruce capitis inclinationem & post acetum bibitum, & vocem, Consummatum est, prolatam, spiritus emissionem, euidens signum extitisse, quod in se expertus fuisset, cum maximo suo cruciatu, omnem humanum dolorem: *Vnigenitus*, inquit, *Lib. 10. de ita potestatem habens ponenda anima sua, & Trinitate. resumenda, ad peragendum in se mortis sacramentum, cum poto aceto, consummasse se omne humanarum passionum genus testatus esset, inclinato capite tradidit spiritum.*

QVARTO considera, Christum IV. Dominum in se voluisse sentire & experiri omnem humanum dolorem, quia volebat exacte, pro omnibus totius mundi sceleribus satisfacere, & homines ab intolerabili debitorum suorum onere liberare, quam pro illis spontanea voluntate, in humeros suos deriuauerat. Ideoque assumpsit in se tam magnam dolorum quantitatem, quanta conueniens esse videbatur ad fructum quem sperabat, & ad satisfactionem illorum adæquatam, ne dicam superabundantem.

Cur Christus omnes dolores perpessus fuerit.

Quare cum multitudo scelerum tam grâdis, & grauitas eorū tam enormis fuerit:

cogita quam excessiuus & immodicus fuerit dolor ille, quo pro tam ingenti debito, seruato æquitatis rigore satisfecit.

V.

Nulli fuerunt dolores similes doloribus Christi.

Ibren. 1.

QVINT ò expende tecum, si Christi Seruatoris nostri dolores tales tamq; immodici extiterunt, vti haftenus ostendimus: optimo iure ipsum omnes pias animas inuitare, ad considerandum attentè an dolor aliquis dolori ipsius æquiparari valeat: quando per Hieremiam ait. *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus.* Quod idem est ac si dixisset. O fideles animæ, quæ spontanea voluntate transitis, à rebus hisce transitorijs ad æternas, & relicta rerum terrenarum cogitatione, mentem defigitis in assidua memoria & amore cælestium; subsistite parumper, & dolores vestros penitius inspicite & considerate an inter illos, sit dolor aliquis, qui dolori meo, quæ vestra causa patior, aliqua ratione possit conferri.

Stupor sanctorum propter Christi dolores.

Hinc est quod multi Prophetarum, aliorumque sanctorum virorum, hac inuitatione permoti, videntes & considerantes in spiritu magnum hoc mysterium dolorum Christi, vsqueadeò obstupuerunt, vt aliqui appellauerint illum virum dolorum, quasi per antonomasiam: vti fecit Isaias, iuxta versionem nostrâ vulgatam.

Vi

*Virum dolorum & scientem & infirmitatem. Isai. 53.*

Alij inuocauerint creaturas, maxime rationis participes, ad intuendum Christum Dominum in Crucem sublatam. *Omnes Isai. 1. habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis.*

Nonnulli cum S. Hieronymo comparauerint Christum vasi teste, quod magno cum impetu ad terram illiditur, & millenas in partes confringitur: nam sic intelligit ista Isaiæ verba. *Ecce dominator Dominus Isai. 10. exercituum confringet lagunculam in terrore; vbi idem Sanctus ait. Fracta laguncula, per translationem, Passio illius demonstratur.*

Aliqui cum S. Bernardo, appellauerint dolores quos Christus in Passione sustinuit, prodigia. *Vide nunc, inquit, opera Domini, quæ posuit prodigia super omnem terram. Flagellis cæsus est, spinis coronatus: clavis confossus, affixus patibulo, opprobrijs saturatus.*

Perge igitur anima fidelis ad pedes Christi, pro tui amore, durissimo Crucis ligno affixi: qui doloribus satiatus, plagis refferus, extrema confusione plenus, pauper auxilio, sed diues amore, te ad contemplandum inuitat, an dolor aliquis, similis sit doloribus, quos nostræ salutis causa, summa cum animi alacritate & promptitudine sustinuit. *Astende & vide si est dolor, sicut dolor eius.*

Serm. in 4.  
ser. hebdom.  
pænolæ.

*DOLORES CHRISTI CORPO-  
reos multò grauiores & acerbiores ex-  
titisse, propter corporis eius tene-  
ritudinem, & alias circum-  
stantias ad illud perti-  
nentes.*

## CAPVT II.

Circumstā-  
tiz corporis  
Christi, quæ  
dolores eius  
acerbiores  
reddide-  
runt.

**V**T pius Lector, intimius penetra-  
re valeat, quales & quam immo-  
dici fuerint corporei dolores Christi Do-  
mini & seruatoris nostri, præsentis capi-  
te expendemus nonnullas qualitates, con-  
ditiones, & circumstantias sanctissimi  
corporis eius: quæ fuerunt principalis  
causa, quod eorum dolorum grauita-  
tem & acerbicatem multò magis sen-  
ferit.

I.  
Delicata cõ-  
plexio.

Prima verò qualitas, quæ nobis con-  
sideranda venit in Christi corpore, est  
delicata illius complexio: nam corpo-  
ris alicuius teneritudo, & bonum tem-  
peramentum causa est, quod magis sen-  
tiantur ea quæ illi contraria sunt: do-  
cet hoc experientia, demonstrat Phi-  
losophia, & sancti Patres vnanimè  
affirmant, quando asserunt dolores Chri-  
sti

sti ea de causa fuisse in modicos, quia corporis fuit delicatissimi. Vnde Sanctus Thomas de corporeis hinc Christi doloribus loquens, ita inquit. *Potest magnitudo, doloris eius considerari ex perceptibilitate patientis, & secundum animam & secundum corpus. Nam & secundum corpus erat optime complexionatus, cum corpus eius fuerit formatum miraculose: & ideo in ipso maxime viguit sensus tactus, ex cuius perceptione sequitur dolor.*

3. par. 9. 46. art. 6.

Christus fuit delicatissima complexionis

Considera igitur Christum Dominum in suo corpore fuisse optimæ ac delicatissimæ complexionis & temperamentis: quæ est communis sanctorum Patrum sententia: non enim decebat, verbum diuinum coniungi corpori imperfecto, quia hoc non poterat conferre & iuuare ad finem redemptionis. Ad perfectionem verò naturalem humani corporis pertinet bona complexio, & temperamentum primarum qualitatum, atque humorum: & iusta ordinataque proportio membrorum, & alia his similia. Et certè, propter hoc quoque conuenientissimum erat, tale esse corpus Christi, quoniam cum præter gratiæ perfectiones in anima esset perfectissimus, & in natura absolutissimus absurdissimum fuisset

Christus cur  
nostra qui-  
dem fuit  
nuerit in-  
commoda,  
sed nunquā  
fuerit infir-  
matus.

fuiſſet illum ſociari corpori imperfecto,  
& à naturali perfectione deficienti. Ex his  
quę diximus euidenter patet ratio, cur  
Christus Dominus vti verus homo, no-  
ſtra incommoda famis & fitis, frigoris &  
caloris, aliaque ſimilia ſuſtinens, nunquā  
ex illis fuerit debilitatus, nec vllam natu-  
ralem habuerit infirmitatem, ex ijs, quę  
frequenter accidere conſueuerunt homi-  
nibus: quia egritudines & ſimiles dolores,  
non oriuntur, niſi ex imperfecta & manca  
corporis formatione: vel inordinatione  
atque intemperantia victus, quę in Chri-  
ſto locum non habuerunt, & ex conſeque-  
ti, nulla in eo infirmitas aut debilitas locū  
reperire potuit.

CONSIDERA præterea, fieri non po-  
tuiſſe, vt tale non eſſet corpus Chriſti ſan-  
ctiſſimum, quod indiſtrijs Spiritus ſancti  
manibus effictum & formatum fuit, iuxta  
illud, quod Angelus ad beatiffimam Vir-  
ginem ait: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,  
& virtus altiffimi obumbrabit tibi, ideoque quod  
nascetur ex te ſanctum vocabitur filius DEI.*  
Sic vbi nos legimus in Prouerbijs: *Domini-  
nus poſſedit me in initio viarum ſuarum;* le-  
gunt ſeptuaginta Interpretes: *Dominus  
creauit me, vel formauit me in initio viarum  
ſuarum.* Ita vt iuxta nonnullorum SS. Pa-  
trum expoſitionem loquitur ibi ſapientia  
in-

Luc. 2.

Prou. 8.

Greg Na-  
zian. orat.  
36. in Da-  
maſc. lib. 4.  
de ſid. orth.  
cap. 12.

CONSIDERATIO III. 233

incarnata, dicitque se à DEO formatam esse, id est, diuinis manibus effictam & cōpositam esse carnem, quam assumpsit, sibi-que coaptauit.

Cyrrill.  
Alexand. l. 9  
The cap. 4.  
& 8.  
D. Amb. li. 5.  
de fide ca. 1.  
& alij.

Vbi considera, quomodo DEVS Pater, omne studium, industriam & artem suam, vt ita loquar, contulerit, ad formandum filio suo corpus perfectissimum, & optimo præditum temperamento: imò contemplare, quanto cum amore occupauerit se in delineandis & distinguendis partibus eius, ineffabili cum proportione, & ordine, atque millenis alijs modis, quãtis capax esse poterat, corpus passibile, & mortale, illud perficiendo.

Expende præterea, qualis fuerit illorum malitia, qui ausi fuerunt cruciare & affligere odio & malignitate stimulante, corpus à DEO ingenti cum amore & studio effictum, applicando ad hoc verba illa Psalmi. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde: quoniam qui perfecisti destruxerunt, iustus autem quid fecit.* Psal. 10.

CONSIDERA adhæc, quantò corpus sanctissimum Christi Domini & seruatoris tui tenerius, delicatius, meliori-que temperamento præditum fuit: tantò atrociores & intolerabiliores fuisse dolores, qui-

quibus affligebatur: quia sicut sensus ta-  
ctus, qui dolorem percipit, erat in illo  
perfectior: ita quoque ex consequen-  
ti, quamlibet vel minimam offensionem,  
multò magis sentiebat, quam alius vel gra-  
uissimam percussione.

II.  
Pulchritu-  
do, quæ in  
Christo ma-  
xima.

SECUNDA qualitas vel circum-  
stantia, quæ senobis offert consideran-  
da in corpore Christi Redemptoris, est  
pulchritudo ipsius: quæ ut plurimum  
consequitur, ex teneritudine & bona  
complexione: & quamvis hæc qualitas  
non videatur esse circumstantia, sensum  
doloris aggrauans, uti præcedens, nihi-  
lominus consideratione mihi digna vi-  
sa est, hoc maximè loco: tum quia ex  
ea magis clarescit, quanta fuerit cor-  
poris eius, à qua illa oritur pulchri-  
tudo: tum quia in animis nostris affe-  
ctum compassionis vehementer auget,  
dum videmus hominem speciosissimum  
adeò immaniter tractari & cruciari: tum  
denique quia inde facilius perspiciemus,  
ingentem truculentiam & barbariem eo-  
rum, qui aduersus talem tamque aspe-  
ctabilem personam crudelitatem suam ex-  
ercere non dubitarunt.

Considerabimus verò non tantum  
raram & ineffabilem animi illius pulchri-  
tudi-

rudinem, quæ à gratia procedebat, de qua locutus videtur S. Bernardus, quando de Verbi incarnati venustate differens, eam non ab omnibus cognitam fuisse affirmat: dicens. *Nigrum sensus renunciat, fides candidum & formosum: niger est oculus insipientium, fidelium mentibus formosus* valde. verū etiam extrinsecam corporis speciem, proficiscentem ex suavitate & viuacitate colorum: membrorum ordinata proportionē, & agilitate, extrinseca compositione, alijsque similibus perfectionibus.

Itaque CONSIDERA, Christum Dominum vniuersam habuisse venustatem & elegātiā quam capere potuit corpus humanum: adeo vt propterea in diuinis literis nonnunquam comparetur flori & lilio: *Ego flos campi & lilium conualium*: Aliquando specie filios hominum superare dicitur: sic namque intelligunt S. Augustinus, & S. Bernardus verba illa: *speciosus forma præ filijs hominum*. Alias speculum omnis labis expers: *speculum sine macula*. Quandoque nominetur pulcher, & decorus, agente nimirum Spiritu sancto, diuersis hisce titulis & prærogatiuis, vt ad viuum Christi Domini nostri pulchritudo & venustas delinearetur.

*Eccettu pulcher es directe mi, & decorus.* Cant. 1.

In

Interior  
Christi pulchritudo  
qualis fuerit.

Serm. 18. in Cant.

Exterior  
Christi pulchritudo  
quæ varijs in sacra scriptura nominibus adumbrata fuerit.

S. August. & S. Bern. in psal. 44.

Sap. 7.

Homil. 18.  
in Matt.

Epist. 106.

Serm. s. fest.  
omniū San-  
ctor.

Effigies  
Christi qua-  
lis fuerit.

In quæ verba S. Gregorius Papa, dicit Christum idè pulchrum appellari: *quia in diuinitate & humanitate sine macula reprehensionis aspicitur*. De eadem corporis venustate ait S. Chrysoftomus Christum *sicut in signis perficiendis mirabilis fuit: ita visu grauisimum fuisse*. Et S. Hieronymus illū neminem in corporis elegancia parem habuisse testatur, cum ait. *Vniuersis pulchrior est, Virgo de virgine, qui non ex sanguinibus, sed ex DEO natus est*. S. Bernardus quoque dicit, turbas quæ Christum sequebantur, non modò animarum & corporum sanitatibus quas conferebat, verum etiam suauitate vocis & pulchritudine vultus eius attractos & illectos fuisse. *Prædicantem, inquit, Dominum de ciuitatibus & castelli populi sequebantur, quorum saluabat animas, sanabat corpora, adharebant ei afflatu pariter & eius aspectu delectati, cuius nimirum vox suavis, & facies decora, sicut scriptum est, speciosus forma præ filiis hominum: talis est quem nos sequimur, cui adheremus: totus desiderabilis, in quem non solum populi, sed & ipsi Angeli S. desiderant prospicere.*

VERVM enimvero, vt Christianus Lector, possit singularem cœlestis sponsi Christi IESV pulchritudinem, animo exactiùs imprimere, contemplabimur hic paulisper admirandam illius speciem, quam

quam nobis grauis Historicus, Nicephorus Calistus, egregiè delineatam & expressam reliquit, his verbis. *Porro effigies forma Domini nostri IESV Christi, sicut à veteribus accepimus, talis propemodum, quatenus eam crassis verbis comprehendere licet, fuit. Egregiois, viuidoq; vultu fuit. corporis statura ad palmos prorsus septem: casariem habuit subflauam, ac non admodum densam, leniter quodammodo ad crispas declinantem: supercilia nigra, non perinde inflexa. ex oculis sublauescentibus mirifica prominebat gratia: acres uero erant, & nasus longior: barba capillus flauus, nec admodum demissus. capitis porro capillos tulit prolixiores, nouacula enim in caput eius non ascendit, neque manus aliqua hominis, praeterquam matris in tenera duntaxat aetate eius. Collum fuit sensim decliue, ita ut non arduo aut extento nimium corporis statu esset: porro tritici referens colorem, non rotundam aut acutam habuit faciem, sed qualis Matris eius erat, paululum deorsum versus vergentem, ac modice rubicundam: grauitatem atque prudentiam cum lenitate coniunctam, placabilitatemq; iracundia expertem praesferentem. Persimilis deniq; per omnia fuit diuina & immaculatae suae Genitrici. Hucusque Nicephorus. Vbi nota, non sine ratione inter speciosas corporis partes annumerari magnitudinem, quia uti Aristoteles ait: Magnanimitas in magnitudine*

*eccles. hist. a. li. i. ca. vlt.*

*Magnitudo est pars pulchritudinis.*

*4. Ethic. e. 4.*

*Q* *tudine*

*gudine consistit, perinde ac pulchritudo in magno corpore: nam parvi elegantes & concinni: non autem pulchri dicuntur.*

Pulchritudo Christi in canticis descripta.

Cant. 5.

Itaque si talis fuit Christi species & pulchritudo, qualem exhibent hæc verba Nicephori, **CONSIDERA** non immeritò sponsam, illius amore ac venustate captam, dicere in Canticis. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Appellat illum candidum, quia sicut quatenus **DEVS** ab omni culpæ immunditia, erat alienissimus: ita quatenus homo, cum in anima, tum in corpore, rarissimæ fuit puritatis, venustatis, & candoris. Dicit deinde esse rubicundum: quia iste color fuit figura Passionis venturæ, in qua rubicundo sanguine tingendus & colorandus erat. Dicit denique electum esse ex millibus, quia reuera tantæ fuit venustatis, ut neminem habuerit, nec unquam habiturus sit parem.

Luc. 10.

Rectè igitur beati vocari possunt oculi, qui digni fuerunt hanc speciem intueri: *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis:* quia nullius aspectus fuit lætior, nullius iucundior, nullius amabilior, nullius pulchrior, nullius gratiosior quàm Christi vultus: adèd ut de ipso verius quam de Rege Assuero verba illa S. Hesther dici possint. *Facies tua plena est gratiarum.*

Est. 15.

Verum

CONSIDERATIO III. 139

Verum si exactius adhuc cognoscere placet, quæ sint pulchritudines & gratiæ Christi Seruatoris, sponsi animarum nostrarum: audiamus quid sponsa subiungat, proféquens in Canticis illius descriptionem. *Caput eius, inquit, aurum optimum. Coma eius sicut elata palmarum, nigra quasi coruus. Oculi eius sicut columba super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluentissimam Genam illius sicut areola aromatum, consita à pigmentarijs. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tortiles aureæ, plena hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus sapphis. Crura illius columna marmorea, quæ fundata sunt super bases aureas. Species eius vt libani, electus vt cedri. Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis: talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filia Hierusalem.*

Cant. 5.

His verbis depinxit Spiritus sanctus speciem internam & externam Christi, veri animarum nostrarum sponsi multò ante tempore, quàm in terra conspiceretur.

Sed tempus est, anima fidelis, vt conuertamus nos ad intuendam pulchritudinem Christi Domini tempore Passionis suæ: atque pio cum affectu consideremus quantoperè fuerit illa obfuscata sanguinis sui profusione, sacrata &

Q 2

diffi-

Pulchritudo Christi  
passione  
fuit deforma-  
mata.

dissipata pœnarum multitudine, tormen-  
tisq̄ue mirum in modum deformata; adeò  
vt non tantum nulla amplius in corpore  
illo diuinissimo cerneretur viuacitas &  
splendor: sed totum penè videretur à statu  
suo esse conuulsum & labefactatum, simi-  
litudinemq̄ue leprosi & à DEO percussii  
referre, iuxta Propheticum illud Isaiæ di-  
ctum. *Et non erat ei aspectus: & nos putauimus  
eum quasi leprosum & percussum à DEO.*  
Vnde quemadmodum prius ex pulchritu-  
dine & venusta Domini tui, magnam per-  
cipiebas consolationem & voluptatem: ita  
modò intuendo illum in tam miserando  
& lachrymabili ftatu, poteris dicere cum  
S. Iob. *Versa est in luctum cythara mea, & or-  
ganum meum in vocem flentium,* id est: venu-  
sta illa species, quæ veluti cythara benè so-  
nans, vehementer me recreabat tota mihi  
conuersa est in obiectum luctus: & orga-  
num illud optimè compositum & ordina-  
tum presentie ipsius, immutatum mihi est,  
in vocem hominum complorantium.

Isai. 35.

Iob. 30.  
D. Bern.  
serm. de la-  
mentat. B.  
Virginis.

Serm. 24. in  
Cant.

Tantò autem magis senties commoue-  
ri viscera tua ad summam compassionem  
& lachrymas, quantò penitius inuestiga-  
ueris & tecum consideraueris causam de-  
formatæ huius pulchritudinis, quam S.  
Bernardus his verbis complexus est. *Splen-  
dor & figura substantia DEI obnubilatur in  
fortu-*

*forma serui, pro vita serui; candor vite aeternae, nigrescit in carne purganda; speciosus forma praefilijs hominum, pro filijs hominum illuminandis obscuratur in passionibus, turpatur in Cruce, pallet in morte, ex toto non est ei species, neq; decor, vt sibi speciosam atq; decoram acquirat sponsam Ecclesiam sine macula, sine ruga.*

Considera hic, si sacrae picturae humano artificio elaboratae, spirantes nescio quid pietatis ac deuotionis, non modò possunt & debent animum nostrum ad amorem caelestium erigere, & ad ea, quae oculis mentis nostrae repraesentant, considerata stimulare vti S. Concilium Tridentinum docet: verum etiam illum ad veram compunctionem excitare, vti S. Gregorius & Beda his verbis affirmant: *Imaginum aspectus, multum compunctionis solet prestare contuentibus.* quo amore ardebit, quemque compunctionis affectum sentiet, qui oculis mentis contemplatus fuerit, miserandam illam & lachrymis prosequendam imaginem & speciem Christi Redemptoris nostri, non humana industria figuratam & adumbratam, sed ipsius DEI manibus formatam, & nostrae salutis causa innumeris vulneribus ac plagis depictam & fauciata?

TERTIA circumstantia, quae grauior reddit dolores Christi corporeos haec fuit;

Cur Christus in Passione sua deformari voluerit.

Picturae sacrae excitant nos ad deuotionem & compunctionem.

Sess. 25. de SS. imaginibus.

Regist. li. 7. cap. 43.

De temp. salomon.

cap. 19.

III.

Corporis  
Christi pas-  
sionis tem-  
pore sum-  
ma debili-  
tas.

fuit; quod eo tempore cum acerbissima illa supplicia sustineret, corpus ipsius sanctissimum fuerit omninò exhaustum & debilitatum, partim propter abstinentias, labores, & assiduas orationes, partim, ut piè credi potest, quia vesperè sanctissimam passionem suam antecedente, in nouissima cæna, valdè parum corporalis alimenti sumpserat: occupatus nimirum & intentus, profundissimis salutis nostræ mysterijs. Maximè verò sanctissima humanitas illius plurimū debilitata & enervata fuerat, propter ingentem lachrymarum & sanguinis copiam, tum in horto summis cum angustijs sudatam, tum multis alijs in locis, videlicet, in semitis per quas ingenti cum ferocia tota nocte tractus & raptatus fuit, profusam: ex qua corpus illud delicatum adeò fuit exhaustum, fractum, omnibusque viribus & vigore destitutum, ut plenè ac perfectè intelligi nequeat, quantoperè hinc afflictiones illius accreuerint, acerbioresque propterea in tormētis suis doloris sensum hauserit: cum in corpore debili, & fracto, magis sentiatur parua afflictio, quam in robusto, maxima & grauissima.

## IV.

Tormento-  
rum à capti-  
uitate in

QVARTA circumstantia, ex qua etiam dolores corporei Christi supra modum aucti & aggrauati fuerunt: ea fuit: *q*  
*polb*

post suam captiuitatem sine interuallo & requie semper in tormentis extiterit: vno supplicio alteri confestim succedente, cum diuturna mora in nonnullis: ita vt vsque ad spiritus in Cruce emissionem, nunquam permissus fuerit quietis aliquid capere: sed indefinenter noua & insolita tormenta, vnum atrocius altero, & nonnunquam multa simul sustinuerit: vsque adeo vt de ipso spiritualiter possimus intelligere, quod de populo Iudaico, S. Propheta Ieremias in lamentationibus suis prædixit. *Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.* Thren. 1.

horte, vsque ad spiritus in Cruce emissionem continuata successio.

QVINTA & vltima circumstantia V. fuit: quod in omnibus partibus tenerri- mi & delicatissimi corporis sui tortus fuerit: adeo vt verè de illo dici possit, quod *A planta pedis, vsque ad verticem capitis, non erat in eo sanitas.* Præcipue verò, quod immanes cruciatus senserit in parte maxime omnium sensitua, qualis est neruorum & iuncturarum: quorum excarnificatio & torsio, maioris est supplicij, quam cogitatione comprehendi queat. Vbi considera, quo cum mysterio DEVS voluerit in holocaustis antiquæ legis victimas pelle abstracta in partes secari, & super altari cum vniuersa animalis substantia incendi, in holocaustum & suauissimū

Quod in omnibus corporis partibus peculiaris tormenta sustinuerit. Isai. 1.

*Leuit. 1.*

odorem Domino: sic enim legimus in Leuitico. *Immolabit vitulum coram Domino, detractaq; pelle hostie, artus in frustra concident, & subijcient in altari ignem, strue lignorum ante composita; & membra, quæ sunt cæsa, desuper ordinantes caput videlicet, & cuncta quæ adherent iecori, intestinis & pedibus lotis aqua; adolebitq; ea sacerdos super altare in holocaustum & suauem odorem Domino.*

Hæc namque figura verificata fuit in Christi Redemptoris nostri passione: nam si intueamur sacratissimum corpus eius, cernimus illud ex flagris vniuersa prope modum pelle nudatum esse: membra quæuis corpori coniuncta manserint, attamen propter iteratas percussiones, fuerunt omnia penè concisa & labefactata: ipse deniq; ita cum intrinsicis corporis partibus, supra lignum crucis collocatus, & igne ardentissimæ charitatis succensus, suauissimo DEVM patrem odore recreauit, eumque à iusta qua contra homines exarserat ira auersum, sceleribus eorum propitium reddidit.

DOLO-

*DOLORES CHRISTI CORPOR-  
reos fuisse grauiſſimos propter ſup-  
pliciorum qualitatem.*

CAPVT III.

**N**ON tantum teneræ, nobili, & deli-  
catæ corporis Chriſti naturæ cauſa  
adſcribenda eſt, quod dolores eius fuerint  
acerbiſſimi, verum etiam qualitati & mag-  
nitudini ſuppliciorum: quæ modò ſingu-  
latim expendemus, vt pius Lector eò ſpe-  
cialius & maiori cum ſenſu, in vniuſcuiuſ-  
que conſideratione mentem deſigere, ſi-  
mulque amoroſo cum dolore, ſponſo ſuo,  
ſummo cum amore tormenta hæc illius  
potiſſimum cauſa toleranti, compati va-  
leat.

Itaque vt ordiamur à doloribus corpo-  
reis, quos in horto dum comprehendere-  
tur & vinciretur paſſus eſt: (nam de illis,  
quos ſanguinem ſudans, maxima cum ani-  
mi afflictione ſuſtinuit, iam alio loco tra-  
ctauim⁹.) CONSIDERA, qualia fuerint tor-  
menta, quæ Chriſtus Dominus tolerauit,  
quando truculenti & crudeles miniſtri eum  
in horto comprehendunt, & ſicuti erant  
omnis humanitatis expertes, vinculis ad-  
eò immaniter cõſtrinxerunt, cum propter  
naturæ ſuæ nobiliſſimæ & delicatiſſimæ,  
teneritudinem, non poſſet funium duri-  
tiam ſuſti-

I.

Quæ ſuppli-  
cia Chriſtus  
in ſua com-  
prehenſio-  
ne ſuſtinue-  
rit.

25

Ezech. 3.

sustinere cutem brachiorum abstraxerint, sanguinemque simul expresserint: quin etiam sicuti nonnullis placet contemplatiuis, ponderosissimā catenam collo eius circumiecerint: adeò vt de illo verè dici possint verba illa, quæ ad Prophetam Ezechielem dicta fuere: *Et tu fili hominis; ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis.*

Ioan. 18.

Porrò quàm crudelis fuerit hæc Christi captiuatio, quantumque illi tormentū attulerit, significauit S. Ioannes Euangelista his verbis. *Cohors autem & tribunus, & ministri iudeorum comprehenderunt IESUM & ligauerunt eum.* quia dum tantam hominum multitudinem ad illum comprehendendum venisse affirmat, omnes magnocū strepitu, fremitu, & clamore minabundos in illum irruisse, & manus violentas ei iniecisse demōstrat. Quapropter expende tecum, quàm in hoc insultu, innumeras & crudeles percussiones sustinuerit: vide hūc manus, illum brachia tenentem: alium per medium corpus illū fortiter constringentem; alium brachia collo iniicientem; alium verbera ingerentem; alium humi prosternentem & pedibus calcantem; aliū manus quæ tam miranda opera ediderant, post tergum magna cum ferocitate reducens & strictissimè colligantem: atque vt summatim dicam modò hunc, modò alium

aliū huc trudentē, impellentē & raptātem  
 aliūq; faciētē quę libido & crudelitas sug-  
 gerebāt. O quā immaniter & inhumaniter  
 tractatur Agnus māfuetissimus & innocē-  
 tissimus, à lupis famelicis, & feris leonibus  
 vndique circumfessus.

Iam verò dum Euangelista dicit *Liga-  
 nerunt eum*. quid non comprehendit sub  
 illa voce *eum*? Considera, obsecro, quis sit  
 ille qui captiuatur & vinculis constringi-  
 tur: hic est, qui vincula peccatorū nostro-  
 rū soluit: & catenas, quibus à Diabolo mi-  
 serandum in modū retinemur compediti,  
 cōminuit: & alia similia facit, quę faciliē ex  
 hac consideratione poteris elicere.

Confer te igitur, anima fidelis, ad hortū  
 Gethsemani, è quo collectus fuit æternæ  
 vitæ fructus. Propera & contemplare dili-  
 genter, quā mansuetē immaculatus hic  
 Agnus perferat supplicia & iniurias sibi  
 illatas: nemini vel vno verbulo contradi-  
 cens, aut linguam ad impium detestandū  
 soluens. Erige hinc oculos ad DEVM Pa-  
 trem & videbis eū filij sui tormenta aspi-  
 cientem quidē, sed tacentem, & dissimu-  
 lantem. Conuertē post hæc oculos ad fi-  
 lium & cernes quantis cum doloribus  
 mundi crimina luat: aspice vt non fu-  
 giat, non se defendat, non caput aliorum  
 torqueat, non resistat, sed omnibus sere-  
 num

num & placidum vultum exhibens, omnia patienter & tacitè sustineat.

Dum verò contemplaris quomodo se **CHRISTVS** Dominus tuus, summo cū dolore ab hostibus suis patitur captiuari & vinciri: considera etiam quomodo se ab amicis suis, vinculis interni amoris cōstringi permittat, nō cum dolore, sed cum maxima vtriusque partis voluptate. Curregitur & tu in confertam sceleratorum hominū, qui sine aliqua cōmiseratione omnium tuum affligunt, multitudinem, & tua quoque vincula expedi & dic cum spōsa: *Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae.* Si autem tam fortis animo non es, vt audeas immanissimæ huic multitudini te admiscere, & simul cum ipsa Christum ligare, roga illum vt potentissimum brachium suum extendat, teque sibi alliget, & promissis suis, quæ olim per Oseam Prophetam se seruaturum pollicitus est, ne desit. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* vt sic vna eademq; catena ei colligatus, possis illum sequi, quocunq; perrexerit.

*Cant. 3.*

*Osea. 11.*

II.

Dolores  
quos in do-  
mo Cayphæ,

SECUNDO, considera tormenta, quæ tota illa nocte tum in domo Cayphæ, tum in plateis, per quas summa cum truculentia

tia raptatus fuit, perpeffus est. Vbi *primò* expende, quamvis Euangeliftæ nullam faciunt mentionem, alicuius pœnæ particularis, quam fuffinuerit in hoc itinere: attamen potest, cum alijs contemplatiuis piè credi quod cum illi, qui eum ducebant, effent inimici eius & fingulari immanitate & crudelitate præditi, multis & maximis eum iniurijs onerauerint: nonnunquam vrgendo, vt celerius quam poterat, ambularet; aliquando ftimulis, pugnis & calcibus eum protrudendo & impellendo; & multis alijs modis illum excarnificando, quæ omnia maximum corpori eius tormentorum adferebant.

Adde his vt multi pij contemplatiui volunt, quod cum torrentem Cedron (qui illo anni tempore, nam hyems erat, aquis redundabat) trãfituri effent, alijs per pontem tranfeuntibus, Chriftum aquis iniecerint, & per torrentem frigidiffimo noctis tempore, ambulare coegerint, quod tormentum vti non vulgare, ita Chrifto fuit doloroffimum.

*Secundò* considera quid paffus fuerit in domo Cayphæ. Quomodo videlicet non eam duntaxat alapam, quæ in præfentia Pontificis ei inflicta fuit fuffinuerit, fed & alias quamplurimas quibus faciem eius, cum illum derifui haberent, petulantiffimè ce-

& varia fuf  
ductione &  
reductione  
paffus fuit.

1.

2.

Alapa quæ  
Chrifto fuis  
inflicta.

In vita  
Christi.

mè ceciderunt, quæ tam multæ atque atroces fuerunt, vt nonnulli cum Ludolpho Cartusiano velint, ex ijs sanctissimâ Christi faciem totam liuore deformatam fuisse, & multis in locis intumuisse: imò dum inaudita cum crudelitate, non modo facies sanctissima, sed etiam nares ferirètur, sæpè ingentem sanguinis copiam profudisse.

Considera præterea contumelias & indignitates nõ tantum hic, sed omnibus etiam alijs in locis, per quæ transijt cum ad Iudæorum primores atq; Pontifices duceretur, ei irrogatas: aspice faciem & maxillas diuinas atque tenerrimas Domini tui, quæ ex priori angustia pallorem induerant, iam rubore & liuore coloratas, ex colaphorum & pugnorum violentia. Erubescere atque pudore suffundere, quòd videas sceleribus tuis causam tribuendam esse, quod hoc pacto genæ filij DEI roseo liuore depingerentur.

Formento-  
rum Christi  
figura.  
Luc. 30.

In his alijsque Dominicæ Passionis instrumentis aduerte, quomodo in corpore illo sacratissimo verificata fuerit figura illius diuini mandati, quando DEVS Moyli imperauit vt assumeret boni odoris aromata, eaq; in minutissimũ puluerem contusa poneret corã tabernaculo testimonij, super quo illi appariturus erat: quia san-  
ctissi-

Etissimum Christi corpus, innumeris tormentis contusum, & quasi in puluerem redactum, atque supra tabernaculum id est supra Crucem collocatum, suauissimum DEO Patri odorem præbuit.

Hinc est, quod Passionis Dominicæ instrumenta, ut sunt, clauis, lancea, spinæ, flagella, & Crux ipsa, appellantur tabernacula, iuxta Damascenum, allegantem ad hoc, locum illum Psalmistæ dicentis. *Introibimus in tabernacula eius*: quasi inuitaret omnes, ad ingredienda per contemplationem hæc tabernacula instrumentorum Passionis Christi: intuendo nõ tantum illorum acerbiteriam, verumetiam amplitudinem & profunditatem mysteriorum in illis contentorum.

*Instrumēta  
Dominicæ  
Passionis  
appellantur  
tabernacula.  
Damasc. li. 4.  
de fide or-  
thod. c. 12.  
Psal. 131.*

In his igitur tabernaculis, PRIMVM cōsidera tormentum flagellationis Christi, quod in se crudelissimum, & post mortē, membrorumque mutilationem, inter corporea tormenta maximum est: præsertim cum illud in Christo ex quā plurimis circumstantiis adeo auctum fuerit, ut nemo alius præter DEI filium illud tolerare, atque sub tali cruciatu durare poterit.

**I.**  
*Tortura  
flagellatio-  
nis Christi  
fuit maxi-  
mis dolo-  
ris.  
Circumstā-  
tiæ que Chri-  
sti flagella-  
tionis acer-  
bissima  
reddiderūt.*

Earum circumstantiarum prima fuit, quod in hac flagellatione, neque modus, neque lex aliqua seruata sit: quia leges

**I.**  
*Quia in ea  
modus &  
numerus nõ  
fuit serua-  
tus.*

lege Iudaica decretum erat, vt numerus percussionum non excederet, numerum quinquagenarium, ne is qui cædebatur, vel sub flagris expiraret, vel nimium fædè laceratus obiret, sed crudelitas effecit, vt in Christo omnis lex infringeretur: & neque numerus, neque terminus flagellationi ipsius statueretur.

2.

Iudæorum  
malignitas  
in Christi  
flagellatio-  
ne.

Luc. 23.

Ioan. 18.

*Secunda fuit:* quod Pilatus eum idcirco flagris cædi imperauerit, vt hac ratione Iudæorum animos mitigaret, Christumque à morte vindicatum, suis restitueret, vti volunt S. Augustinus, S. Chrysostomus & alij: idemq; patet ex illis Euangelij verbis. *Emendatum eum dimittam.* Et *Exinde querebat Pilatus dimittere eum:* nam secum ita ratiocinabatur, Iudæos eo tam immaniter cæso & flagellato, nihil amplius molituros, neque necem ipsius obstinatis animis flagituros esse. Hinc tecum perpende, quam duram & asperam necesse sit, fuisse hanc Christi flagellationem: quandoquidem homo Ethnicus sibi persuadebat, eam sufficientem esse futuram, non modò ad animos placandos: verum etiam ad flagrantissimam sitim, quam Iudæorum efferatorum pectoribus succensam esse videbat, sanguinis Christi innocentissimi, extinguendam. At non factus est voti sui compos. Quia Iudæi intentionem Pilati præuidentem.

videntes, multò magis crudelissimam ma-  
 litiam suam in Christum exercuerunt,  
 eumque sub flagellis interimere cogita-  
 runt: ac proinde transgressis pietatis termi-  
 nis: tanta cum feritate & truculentia in  
 corpus eius flagris sæuierunt, vt nihil præ-  
 ter ossa in eo remanserint, & membra ip-  
 sius penè in nihilum redacta esse videren-  
 tur: quemadmodum S Iob in figura Chri-  
 sti ait. *Membra mea quasi in nihilum redacta* Iob. 17.  
*sunt.*

Considera hîc, si simplex viscerum do-  
 lor, ad hominem è vita tollendum suffi-  
 ciens est: quantum necesse sit fuisse dupli-  
 cem, intrinsicum & extrinsicum Christi  
 dolorem in hac flagellatione: qui ex eo  
 magis angebatur, quòd flagellis odium &  
 rabies tortorum adiungeretur, quos S. Iob  
 melius nõ potuit describere, quàm ex ter-  
 ribili eorum aspectu, quando de illis lo-  
 quens ait. *Hostis meus terribilibus oculis in-* Iob. 16.  
*tuitus est me.*

Tertia fuit, qualitas flagellorum, quia,  
 secundum Euthymium, è funibus seu lo-  
 ris tantum, secundum alios verò è loris ta-  
 xillatis constitere: sunt quoq; qui velint  
 Christum non modò loris huiusmodi tax-  
 illatis, verumetiam catenis aut certè virgis  
 spinosis cõsum fuisse affirmant. Satis nobis  
 est instrumenta fuisse asperrima, & atro-  
 cissima,

3.  
 Qualia fu-  
 rint Christi  
 flagella.

R  
 cissima,

cissima, & eos qui eum cædebant fuisse homines abiectissimos & robustissimos, atque (vti ex quorundam grauiſſimorum auctorum attestacione, credi potest) à Iudæi tragici huius supplicij spectatoribus subornatos & pecunia corruptos vt Christum tam crudeliter cæderent, vt sub flagris eranimis concideret: & certè Iudæi intentum suum fortè fuissent assecuti, nisi Christus diuina virtute sua, ad aliam multo atrocioſiorem & contumeliosioreſ mortem se reseruasset.

4.  
Flagellatio-  
nis longitu-  
do seu diu-  
turnitas.

*Psal. 72.*

Flagellatio  
Christi præ-  
dicta.

*Matth. 20.*

*Quarta fuit, longitudo seu diurnitas huius flagellationis, quia tum propter temporis longitudinem, tum propter crudelitatem & alias circumstantias, tam aspera & immanis ea fuit, vt flagellationi integre diei comparari potuerit: vti per Prophetam ait: Fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis: quod idè est ac si dixisset. Tam asperè & immaniter fui flagris confectus, quasi integra die sub flagellis extitissim, & castigatio mea summo mane capta fuisset.*

Ex prædictis circumstantijs conijci potest, quam atrox fuerit hoc tormentum, & quam iustè illius vt reuera grauiſſimi, non modò Christus ipse mentionem sæpenumerò fecerit in Euangelio, vt apud Matthæum, *Tradent eum gentibus ad flagellandum.*

landum, & alijs in locis, vbi de Passione loquens, semper meminit huius flagellationis: verumetiam per Prophetas illius supplicij grauitatem manifestari voluerit, vt per Dauidem. *Congregata sunt super me flagella & ignorauit.* Et per Isaiam. *Corpus meum dedi percutientibus.* Psal. 34. Isai. 50.

Considera hic anima pia, quam graue fuerit hoc supplicium benignissimo Seruatori tuo, propter verberum multitudinem & diritatem: cum vulnera vulneribus superadderentur. Ante omnia verum tecum expendis nimiam tormenti huius acerbiter, CHRISTO Domino tuo medullitus compatere, & animo fingens te in praetorio, vbi flagellatio haec peracta est, consistere, ad illum accede & dic; O Domine columna immobilis, & vniuersalis omnium rerum motor; creaturarum cunctarum sustentator: cui caelorum orbis innituntur: quomodo te tam dirae flagellationi subiectum esse intueor? nonne tu es ille, de quo Propheta inquit. *Altissimum posuisti refugium tuum: non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo?* Quis te igitur ab altitudine illa impassibili detractum, ad hanc humilitatem deiecit vt instar abiectissimi mancipij & vilitissimi scurris ac

Colloquium cum Christo ad columnam ligato.

Psal 90.

R 2

ris ac

256 DE CORP. DOI. SALVAT.  
scurris ac mediastinis, flagris dirissimè  
lanieris? O Domine nimis magno tibi cò-  
stat nostra redemptio: nimis multum pro  
nobis exoluis, pauciora suffecissent. Fac,  
quæso, vt tortores illi, aliqua tui commi-  
seratione tangantur: inspira illis efficaces  
amoris affectus, quia totus es desiderabi-  
bilis.

II. **SECUNDVM** tormentum, quod tibi  
Quanti tor-  
menti fue-  
rit Christo  
coronatio  
spinea. in hisce tabernaculis considerandum ve-  
nit: est coronatio spinea, quod supplicium  
fuit atrocissimum, nouum, & iuauditum,  
astutissima dæmonis malitia inuentum &  
excogitatum: vt ex hac corona Christus  
Seruator eò acerbiores dolores, tantò ma-  
iori cum contumelia pateretur, quantò  
tormentum illud erat recentius & inuisita-  
tius.

Vt autem aliquo modo ingentes dolo-  
res, quos Christo corona hæc attulit, pe-  
netres atque perspicias, considera eam ca-  
piti fuisse infixam, præcipuæ corporis par-  
ti, in qua omnes sensus interni & externi  
resident, & maxima venarum, neruorum  
aliarumque delicatissimarum & tenerri-  
marum partium, quæ propter neruos sum-  
mam habent cum corde & reliquo corpo-  
re communicationem, multitudo & va-  
rietates concurrunt, ideoque si lædatur, maio-  
ris doloris & cruciatus causa est. Potest  
nihil

nihilominus quoque huius tormenti doloris acerbitas ex tribus his circumstantijs considerari.

Primò ex coronæ magnitudine: quia, quemadmodum patet è sacra sindone, quæ Augustæ Taurinorum asseruatur, occupabat spatium duorum pedum, & facta erat instar pilei, à fronte, vsque ad summitatem capitis omnia occupantis, vti S. Vincentius expressè testatur dicens: *Et plectentes coronam de spinis marinis &c. imposuerunt capiti eius &c. nam erat ad modum pilei, ita quod vndique caput tegeret, & tangeret. vt propterea de illa non incommodè intelligi posse videatur Ezechiel propheta quando ait. Corona tua circumligata est tibi: & Iob, quando dicit. Tenuit cervicem meam & confregit me.*

I.  
Magnitudo coronæ spinæ.

Serm. vnic. diei Parasç.

Ezech. 24.  
Iob. 16.

Deinde ex materia, è qua contexta fuit: quia præter auctoritatem S. Vincentij allegatam, est quoque Hugonis Cardinalis aliorumque plurimorum opinio, eam fuisse è iuncis marinis, qui sunt valdè aculeati, habentque spinas asperas, crassas & acutas, contextam sicuti patet ex illis, quæ nostris quoque temporibus nonnullis in locis magna cum veneratione inter sacras reliquias adseruantur. Volunt præterea plurimi, hanc spinas ad numerum septuaginta duarum, vel vt alij sentiunt ad trecentas

2.  
Ex qualibus spinis ea contexta fuerit. Hugo Card. in Ioan. Tolet. in Ioan. 19. annot.

2.  
Quam multa fuerint spinæ eiusdè coronæ.

R 3 per-

peruenisse, de quo quamuis nulla habeatur certitudo: attamen certò credi potest quamplurimas extitisse.

3.  
Quamdiu  
tormentam  
coronatio-  
nis duraue-  
rit.

Tertio ex duratione: quia posteaquam corona hæc semel capiti eius fuit imposta, nunquam inde nisi post mortem obitam ablata fuisse legitur, quod de alijs tormentis haudquaquam factum esse legimus: & quamuis (vt nonnulli volunt) ea ipsi aliquando fuerit detracta: veruntamen statim fuit reposita, quod maioris ei supplicij causam præbuit: nam sic vulnera renouabantur, & plagæ duplicabantur. Quod speciatim pia consideratione Origenes his verbis obseruauit.

Tract. 35.  
in Matth.

*De chlamyde scriptum est, quoniam denuò spoliauerunt eum chlamydem coccineam: de corona autem spinea, nihil tale Euangelistæ scripserunt: propterea quod & nos querere uoluerunt exitum rei de corona semel imposta & nunquam detracta.*

Dolor coronationis  
Christi prædictus fuit.  
Psalm. 31.

Considera hic quam ingens fuerit dolor, quem sensit benignissimus Saluator ex tam diuturno spinarum quibus caput illius confixum erat, supplicio, maxime cum per partes maxime sensitiuas & spirituosas transirent. Adeò vt de ipso non iniuria possit intelligi dictum illud Davidis: *Conuersus sum in arumna mea, dum configitur spina: id est prorsus trans-*

for-

formatus & consumptus sum in dolore & amaritudine mea, dum spinæ caput meum configerent: vel vt alij hebræo conformius legunt: *versus est succus meus in siccitate æstatis: dum configitur spina:* id est, dum spinis coronarer, propter acerbissimos dolores, maximamque sanguinis copiam, quam profudi, ad eam ariditatem & siccitatem redactus sum, vt comparari potuerit, siccitati, terræ æstiuæ caloribus exustæ.

CONSIDERA præterea, quando toperè in hoc mysterio Christi flagrans erga nos charitas eluceat: quandoquidem nullis literis memoriæ proditum est, ante illum, alium quempiam simile supplicium tulisse. multi quidem fuerunt ante illum prodi, venditi, flagellati, crucifixi, at nemo legitur spinis fuisse coronatus: solus ille sibi hoc tormentum referuauit, vt effusissimum suum erga nos amorem in eo demonstraret, quod nouos pro nobis patiendi modos, quæreret.

Ante Christum non fuit supplicium hoc vlitatum.

Expende adhæc, in Christo coronatione perfectè adimpletum fuisse illud quod in ariete, qui Abrahamo cum filium suum DEO sacrificaturus esset, spinis innexus apparuit figurabatur: *Arietem inter*

Corona spinea Christi fuit præfigurata.

Gen. 22.

*vepres hærentē cornibus* In hac namq; figura

R 4 Isaac

Isaac significabat Christi diuinitatē, quę in Passione illius mansit illęsa: Aries verò Christi humanitatem, quę passa fuit, & spinis inhęsit, quoniam illa spinis fuit coronata: spinę deniq; nostra figurabāt scelera, quę Passionis Christi causa extiterūt.

*Lib. 2. Pędag. cap. 8. Corona Christi est vinculum pacis.*

Ante omnia verò anima fidelis, illud tibi in mentem redige, quod Clemens Alexandrinus de hac corona inquit: *Hoc diadema, ait, est inimicum ijs qui insidiantur; ijs autem qui in Ecclesia simul versantur, amicis; eos circumsepit, ac munit; hac corona flos est eorum, qui crediderunt in eum qui glorificatus est; cruentat autem & castigat eos, qui non crediderunt.*

### III.

*Crucis gestatio fuit Christo maximi supplicij.*

TERTIVM tormentum grauissimum, ex ijs quę Christus passus est, fuit Ligni Crucis proprijs humeris baiulatio. Pro cuius clariori intelligentia supponendum, reos ad crucis supplicium condemnatos, crucem suam ad locum in quo crucifigendi erant gestare solitos fuisse: vti refert Plutarchus cui alij quoque autores astipulantur, dicens. *Quisq; maleficorum suam effert crucem.* Cum igitur Christus ad crucem à Pilato, quanquam contra omnem iustitiã & æquitatem, condemnatus esset, fuit illi Crux sua, cui affigendus erat, ferenda imposita: vti Ioannes ait. *Et baiulans sibi Crucem exiit.*

*De tardan. minis yindi & Artemid. lib. 11. ca. 61.*

*Ioan. 19.*

Circa

CONSIDERATIO III. 261

Circa hoc igitur mysterium duo tibi <sup>Quæ confi-</sup> maximè sunt consideranda. <sup>deranda cir-</sup> *Primò* tormē- <sup>ca crucis</sup> tum ingens, quod clementissimus Serua- <sup>Christi bai-</sup> tor sustinuit: cum intueretur immanem <sup>iulationem,</sup> I. <sup>Crudelitas</sup> Iudæorum crudelitatem atq; perfidiam; <sup>Iudæorum.</sup> quibus non satis fuit illum ad crucifixio- nem condemnasse, insuper quoque volue- runt vt supplicij sui instrumentum pro- prijs humeris, velut reus & maleficorum caput, ferret: quemadmodum S. Ioannes <sup>Hom. 84.</sup> Chrysoftomus annotauit dicens. <sup>in Ioan.</sup> *Et ei cru-* <sup>Euthym. in</sup> *cem, tanquam reo imposuerunt.* Et Euthy- <sup>Matth. 6.27.</sup> *mius cum ait. Primum imposuerunt ipsi cru-* *cem, tanquam condemnato & baiulans eam exiuit.*

Alijs malefactoribus, solent compassio- nis causa, gladij, aliaque instrumenta qui- bus cruciandi & vita spoliandi sunt, abscō- di, imò dum extremo supplicio afficiun- tur, oculi eis obuelantur: at Christo inno- centissimo non exhibetur ista compassio; quia non modò illi ante oculos supplicij instrumentum statuitur sed etiam hume- ris ferendum imponitur. O impietatem inauditam. O inhumanitatem nunquam visam.

Aspice præterea quam ingens tormen- <sup>Quam fue-</sup> tum Christus fenserit ex crucis baiulatio- <sup>rit grauis</sup> ne, non tantum quod illam præ oculis ha- <sup>Christi</sup> beret, verum etiam propter graue pondus <sup>cruz.</sup> illius

illius: quia constabat ex ligno valdè forti, solido & ponderoso, extendente se (vt nōnulli contemplatiuorum volunt) ad quindecim pedes in longitudine, & octo in latitudine: quare cum essent sacratissimi humeri illius fracti atq; contusi ex dira flagellatione, & crebris percussionibus ipseque admodum debilis viribus, propter ingentem sanguinis copiam profusam, cogita quam intolerabilis fuerit dolor eius. Clarescit insuper quam graue & pænosum fuerit hoc supplicium ex sacra sindone, in qua conspiciuntur signa quædam maximorum vulnerum in lumbis: ex quo patet Christum sæpenumero, vti pij secum contemplantur, sub onere Crucis corruisse, victum videlicet ab immodico dolore, quem ei adferebat, graue ac ponderosum illud lignum, quod propter humeros fauciatos, vsq; ad ossa penetrabat.

Casus Christi sub Crucem.

Thren. 3.

Cui excessiuo dolori, adiunxit se inaudita crudelitas ministrorum, qui magna cum ferocia calcibus illam vrgendo & funibus trahendo, faciebant vt frequenter in terram caderet: quibus in lapsibus verificatum fuit illud Ieremiæ; *Ponet in puluere os suum si forte sit spes: id est si forte sit spes, quod hac ratione inimicorum suorum crudelitatem possit mitigare.*

Quam verò grauis & dolorosa fuerit Christi-

Christo hæc Crucis baiulatio, declarauit per Prophetam suum Dauidem dicens: *Su- Psa. 124*  
*pra dorsum meum fabricauerunt peccatores,*  
*prolongauerunt iniquitatem suam.* in quo vo-  
 luit significare, non modò Crucem in se  
 fuisse grauissimã, verum etiam multò gra-  
 uiolem & intolerabiliorem, propterea  
 quod onerata esset nostris sceleribus, in  
 quibus omne pòdus reperitur, iuxta illud  
 S. Pauli Apostoli. *Deponentes omne pondus Heb. 12*  
*& circumstans nos peccatum.*

INTVERE igitur quomodo Christus ex-  
 eat *portans Crucem* vti Cyrillus Alexandri-  
 nus notat, *non sibi, sed nobis transgressoribus de-*  
*bitã:* & cum illa pergit ad montè myrrhe,  
 id est, ad montè Caluariæ, quemadmodù  
 spòsa his verbis innuit. *Vadã ad montè myr- Cant. 4*  
*rhã, & ad collem thuris:* volens significare a-  
 ctionem hanc Christi, quando Cruce onu-  
 stus ad montè myrrhæ id est Caluariæ per-  
 rexit, montè verè myrrhinum quia dolo-  
 ribus plenus fuit: & ad collem thuris, quo-  
 niam in ipso obtulit D E O Patri sacrificiũ  
 odoriferum, semetipsum, ad scelerum  
 nostrorũ expiationem & satisfactionem.

ALTERVM quod tibi circa hoc mysteriũ  
 venit expendendũ est, quod in hac Crucis  
 Christi baiulatione, Iudæorũ quidẽ oculis  
 detecta fuerit impietas maxima: at oculis  
 fidelium sublimia quædã mysteria fuerint  
 manifestata.

Quo-

II.  
 Mysteria in  
 crucis baiu-  
 latione  
 quæ sint in-  
 clusa.

1. Quorum *primum* fuit: quod hac ratione impleta fuerit figura Isaaci ligna ad sacrificium in quo ipse victima immolandus erat, deferentis; vti Tertullianus testificatur dicens. *Isaac cum à patre hostia duceretur, & lignum sibi ipsi portaret, Christi exitum iam tunc denotabat, in victimam concessi à Patre, lignum Passionis suæ baiulans.*

*Lib. cont.*

*Jud. cap. 10.*

2.

*Cruce est  
clavis cæli,  
Isai. 22.*

*Secundum*: quod Cruce hac à Christo delata, significabatur, clavis illa de qua loquitur Isaias: dicens: *Et dabo clauem domus David, super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat: claudet, & non erit qui aperiat.* Qui locus à SS. Patribus intelligitur de Cruce Christi, quæ erat clavis qua cælum electis aperiebatur, & reprobis claudebatur, ita vt nemo sit qui ianuam cæli possit referare, quia in omnem æternitatem foris manebunt. Erat autem ea Domino tam ponderosa & grauis, vt non in manu neque in brachio, sed in humeris eam gestari opus fuerit.

3.

*Christus  
portauit  
Crucem vti  
sceptrum  
imperiale.*

*Tertium* quod cum Christus in sua Passione, honori, libertati, potestati, sapientiæ, omnibus attributis & perfectionibus suis, imò & propriæ vitæ renuntiasset, voluerit nouissimè secum ferre omnia quæ sibi erant charissima, quæ in Cruce erant conclusa, cum pro summo suo imperio atque thesauro, Crucem hanc & opprobria quæ  
illi

illi coniuncta erant reputaret, vti rectè inquit Isaias Propheta: *Et principatus super humerum eius: ferens eam in humeris, veluti sceptrum imperiale, à se maximoperè dilectum, imò habens illam pro suo imperio & principatu, alijs rebus omnibus contemptis.*

*Quartum:* quòd cum Christus morti vicinus neminem haberet qui se consolaretur, eò quod omnes diffugissent, vocauerit ad se vnum è charissimis & dilectissimis socijs & contubernalibus suis, Crucem videlicet, vt cum ipsa omnes suos dolores & angustias communicaret: ideoque illam animo gaudèti suscepit & amplexatus est, tanquam omnium cruciatuum suorum vnicum solatium.

4.  
Quantoperè  
Christus  
crucem dilexerit.

*Quintum:* Quandoquidem Christus, vti contemplatur Euthymius, in Ioannem, ad montem Caluariæ procedebat, vt sanguinolentum illud prælium, cum hoste humani generis diabolo conficeret: idcirco ferebat Crucem in humeris, tanquam strenuus miles lanceam, qua deuicturus erat aduersarium: in quo nobis voluit demonstrare, quibus armis nos munire, & hostes nostros in tentationibus profligare debeamus.

5.  
Cruz fuit  
lancea qua  
Sathanam  
interemit.

In Ioan. 6. 17

*Sextum.* nouerat Christus, Crucem quia lignum fragile & infirmum erat, non posse sustinere se suum.

6.  
Christus tulit crucem vt ei vires se

portandi  
conferret.

se sustinere ingens pondus suæ personæ, cuius fortitudini & potentiæ, quoniam infinita erat, nulla creatura poterat resistere aut nocumentum aliquod adferre: nam propterea in morte illius cælum, terra & elementa omnia, cum tormenta Creatoris sui tolerare nequirent, commota fuerunt: ut igitur Crux inter omnes creaturas maneret firma, constans & immobilis in sustentando Creatore suo vita functo: idcirco Christus voluit illam prius hac baiulatione sanctificare, illiq; vires suppeditare ad corpus suum in ea pendens sustinendū.

7.

Quam gratas fuerit  
Christus  
erga crucē.

*Septimum:* Declaravit se præterea Christus in portanda cruce, gratissimum: quemadmodum fuit omni tempore suis benefactoribus: ac proinde cum à Cruce maximum esset beneficium accepturus, id est, mortem quam in illa appetiturus erat: voluit ante mortem ei gratias reddere, per illius baiulationem ut postea ab ea sustentaretur ac portaretur.

Christus ad  
crucem por-  
tandam nos  
inuitat.

Luc. 9.

Ad extremum in hisce mysterijs baiulationis Crucis considera, quod non sine ratione Christus nos inuitet, ad ferendam post se crucem, nulla habita mentione clavorum, spinarum, aut flagellorum: *Si quis vult venire post me, tollat Crucē suam & sequatur me.* quia cum ipse prius totam illius amaritudinem in se susceperit, atque exhausterit, nobis

CONSIDERATIO III. 267

nobis illam adeò dulcem ac suauem reddidit, vt solū Crucis nomen foris retineat: intus verò plena sit spiritualibus cōsolationibus. Porrò quēadmodū ipse, antequā in Cruce moreretur, illam ferre & amplecti voluit: ita quoque vult nos Cruci tribulationum obuiam procedere: nosq; ad illas excipiendas & amplectendas quamprimum ingruerint, semper promptos ac paratos esse,

QUARTVM tormentum quod Christus sustinuit, fuit denudatio: cum videlicet in monte Caluariæ, ab hostibus suis ad crucifixionem nudaretur: in qua denudatione, omnia vestimēta, sicuti patet ex diuisione vestium à militibus facta, cuius Euangelistę omnes mentionē faciūt, ei ablata fuere. Ea verò nuditas quanti doloris & cruciatus Christo causa extiterit, intelligi potest ex illis Micheæ Prophetæ verbis, quando de illa loquens ait: *Vadam spoliatus & nudus: faciam planctum*: quo planctu voluit Christus demonstrare summos dolores, quos cū in anima, tū in corpore patiebatur. In anima, propter ingentē & cōfusionem & pudorē, quem sustinuit, cum videret se nudū in medio tam numerosi populi consistentem: hoc verò, quoniam summę erat puritatis, ineffabilē ei dolorē atq; tormentū attulit, quēadmodum significatū fuit à Dauide

IV.

Maximum  
dolorem  
sensit Christi  
ex vltima  
sui nudatione.  
Matt. 26.  
Luc 23.  
Marc. 14.  
Ioan. 19.

Mich. 1.

**Psal. 68.** Dauide Propheta, quando ait. *Operuit confusio faciem meam.* id est, tota rubore perfusa est, propter verecundiam nuditatis meæ. In corpore maximos quoque dolores pertulit, quia in immani hac denudatione, quæ tertia fuit, feroces illi ministri

**In medit. de vita Christi. cap. 78.** omnia vt vulnera illius renouarunt: teste Bonauentura dicente: *Spoliatur etiã & nuda tertia vice coram tota multitudine, renouatur fractura, per pannos carni applicatos.*

Considerabis igitur hic quomodo cū sacra illa vestis carni, propter vulnere hiatus adhæreret, quando illam ministri maxima cum truculentia & immanitate Christo in totius populi conspectu abstraxerūt, omnia vulnera ipsius renouauerunt, ipsumque penè excoriatuerint, quia simul cum veste non modò pellis sed etiam particulæ carnis abstrahebantur, ita vt corpus illud sacratissimum, vnicum tantummodò vulnus esse videretur, omni que ex parte sanguinem copiosè profunderet: & propterea illud Isaïæ de Christo intelligi posse videatur. *Virum dolorum & scientem infirmitatem: vel quemadmodum alij legunt. Homo in plaga & sciens ferre infirmitatem.*

**Nuditas Christi in Cruce figurata.**

Fuit autem hæc Christi nuditas figurata in denudatione Noë, de quo dicitur in Genesi, quod *nudatus est in tabernaculo suo:* sic enim exponit verba illa S. Cyprian. dicēs:

*Inuicē*

Inuenimus in Genesi circa sacramentum Noë, Gen. 9. Epist. 67.  
 figurā Dominica Passionis illic extitisse, quia nu-  
 datus est.

Et considera quod quemadmodum primus homo & pater noster Adam in Pa-  
 radiso nudus habitauerat: ita quoque o-  
 portebat secundum illuc nudum intrare,  
 illisque se vestibus spoliare, quibus Adam,  
 cum inde eijceretur vestitus fuit. Vnde S. Lib 10. in  
 Ambrosius ait: *Refert considerare qualis as- Lucam.*  
*tendat, nudum video; talis ascendit, qualis nos,*  
*auctore DEO natura formauit: talis in Para-*  
*diso homo secundus intrauit.*

QVINTVM tormentum fuit, Crux ad V.  
 quam Christus fuit condemnatus, nec nō Supplicium  
 ipsa crucifixio, quæ fuit atrocissima: In Crucis su-  
 qua considerabis. pra modum  
atrox & do-  
lorosum  
fuit.

Primò, hoc supplicium non modo fuisse 1.  
 cæterorum omnium dirissimum atque Quia valde  
 immanissimum: verumetiam contume- ignominio-  
 liosissimum & maximè infame: quemad- sum.  
 modum indicauit Sapiencia in Iudæorum  
 de Christi crucifixione deliberantium  
 persona, dicens: *Morte turpissima condemne-* Sap. 2.  
*mus eum.*

Secundò supplicio hoc, cùm esset supra 2.  
 modum infame apud Romanos, non nisi Quia parum  
 vilissimos mediastinos, quando propter apud He-  
 grauiissima scelera puniendi erant: vel vti bræos in  
 Cornelius Tacitus, Seneca, & alij referunt, vsu.  
 S pu-

*De speciali-  
bus legibus.*

publicos & multis homicidijs insignes  
trones, nonnunquam etiam pyratas, & fal-  
sarios necari solitos fuisse: apud Iudaeos  
verò, quoniam parum in usu erat, duobus  
specialiter flagitijs supplicium hoc fuit  
constitutum, uti I hilo testatur: ijs vide-  
cet, qui multa insignia latrocinia & homi-  
cidia perpetraverant: & qui de affectu  
Regno conuicti erant.

Confidera hinc, quod Iudaei quamvis  
nosset, neque per legem neque per fidei  
testimonia, posse illos tali morte Christi  
interimere, nihilominus propter ingenitum  
odium quo eum prosequerentur, pariter  
penderint legem infringere, & contra le-  
gem hoc supplicio eum afficere; ut eo me-  
mento, tantò amplius cruciaretur, quanto  
erat inter omnia supplicia, non tantum  
nomini osius, verum etiam durius & aspe-  
rius uti rectè notat S. Aug. dicens. *Ille mor-  
te peius nihil fuit, inter omnia genera mortuum.*  
Et alibi rationem huius asperitatis tra-  
dens, ait: *Supplicium crucis ideo durius est,  
quia diutius cruciabat, & omnes crucifixi  
ga morte necabantur.* Confirmat hanc  
tionem S. Isidorus, his verbis. *Maiores  
quit, est pena Crucis, quam patibuli, nam  
patibulum appensos statim exanimat; Crucis  
confixos diu cruciat; unde in Evangelio Iudeis  
nibus ut morerentur, & de ligno ante sab-*

*Tract. 36.  
in Ioan.*

*Tract. 31.  
in eundem.  
Lib. 5. orig.  
cap. vlt.*

*deponerentur, crura contracta sunt: quia ligno  
suspensio mori non poterant.*

Tertio, considera supplicij huius atrocitatem maximè in clauorum transfixione: quia dubium non est, Christum cruci clavis affixum fuisse (contra nonnullorum Hæreticorum opinionem, qui volunt eum funibus tantummodo cruci alligatum extitisse:) habemus enim clarum & expressum in Euangelio Ioannis testimonium, ubi S. Thomas Apostolus ita loquens introducit. *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, non credam.* Idem quoque tormentum clauorum à Regio Propheta Dauide prædictum fuit in psalmis, ubi ait: *Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea:* quem locum omnes ferè sacri Doctores de vulneribus manuum ac pedum Christi, clavis perforatorum intelligunt.

Propter cõ-  
clauatione.

Ioan. 20.

Psal. 21

Quam dolo-  
rosa fuerit  
Christo cõ-  
clauatio  
ad Crucem.

CONSIDERA igitur quãti doloris & cruciatus fuerit hæc sacratissimarum manuum ac pedum Christi ad crucem cõclauatio: præsertim cum per partes maximè sensitivas & neruofas clavi adigerentur, nam uti ex sacra findone patet, per palmas manuum vsq; ad brachiorum iuncturas & per pedum connexum vsq; ad plantas, trãsuerberati fuerunt. Dolorè huc ingentè Seruator ipse S. Brigidæ

*Reuelat. ca.  
31.*

reuelauit, qui hoc pacto in reuelationibus  
Extrauagant. S. Brigidam alloquitur: *Nō  
habebam aliud sustentaculum, nisi clauos; in-  
teriora mea omnia arida & contracta fuerunt  
cor meum plenum erat dolore, quod quā-  
tissima natura erat & optima, ideo dolor qui  
doque de neruis exhibat ad cor, iterum a cor-  
ad neruos: & sic augmētabatur dolor, & nō  
prolongabatur.*

*Quot fue-  
rint clauī  
quibus  
Christus  
fuit cruci  
affixus.*

*Lib. 4. in  
extrauag.  
reuel. ca. 50.*

Præterea considera, quod quamuis  
hac crucifixione certa non possit haberi  
euidētia de numero clauorū, an quatuor  
an verò tres duntaxat fuerint clauī, quibus  
Dominus cruci affixus fuit: nōnulli  
opinati sunt, clauos pedum duos extē-  
inter quos sancta Brigida, quæ ait: *De  
clauis ad crucis stipitem pedes transfixis  
alijs verò magis placuit numerus clauorū  
ternarius, quibus suffragatur S. Bonau-  
tura in meditationibus suis dicens. *Hi  
clauī sustinent totius corporis pondus: vnde  
nihilominus communiorem esse illius  
opinione, quæ vult, tres tantum modo  
uos fuisse, quam communis mos cruci-  
fixorum approbat. Quare nonnulli hoc  
co contemplantur, quod Christus, cui  
terque pes vnico tantum elauo fuerit tra-  
uerberatus, multò maiorem & acerbiorē  
inde dolorem senserit, tum quia clauus  
cæteris maior esse, tum quia propter pe-**

*Bonau. in  
med. vitæ  
Christica. 78  
Abulens.  
parad. 3.  
cap. 10.*

pedi superpositum, pes superior ictū violentiorem & ex consequenti cruciatum maiorem sustinere debuit, & forsitan idē pes cum clauus quo transfigendus erat feriretur, ictus quosdam malleorum excepit, ex quibus multò magis ruptus & conquassatus fuit: quemadmodum patet ex sacra sindone, in qua vnus pedis vulnus multo maius quam alterius extitisse, manifestè licet intueri.

Poterit ergo pius Lector considerare summum dolorem quem Christus sustinuit in pedum suorum ad Crucem conclauatione, vel tribus, vel quatuor clauis, prout ei Spiritus sanctus meditando esse suggererit, vel in meditatione se magis compungi senserit: aut ad suū profectum vtilius esse iudicauerit.

Porro magnitudo quoque dolorum, quos in crucifixione seruator noster passus est, clarescit ex violenta membrorum illius distractione: nam vt manus & pedes eius ad foramina in Cruce facta pertingerent, funibus tanta cum crudelitate illos traxerunt: vt pectus penè disruperint, vulnera amplificauerint, maximamque ex illis abundantiam sanguinis expresserint, ossa luxauerint, atq; extra corpus cum incredibili ipsius dolore prominere fecerint, vsque aded vt omnia sigillatim dinumerari

Maximum  
Christus  
dolorem  
sensit ex  
membrorū  
distractio-  
ne.

*Psal. 21.**Enarrat. in  
Psal. 21.*

merari possent. Hoc enim est, quod Regius Propheta Dauid inquit. *Dimenerunt omnia ossa mea.* Quem locum S. Augustinus considerans ait: *Non potuit melius scribi extensio corporis Christi in ligno, quam ut diceret: dinumerauerunt omnia ossa mea.* Ex quo intelligi potest, quam immanis fuerit Christi seruatoris dolor.

Huic acerbissimo supplicio adiungitur nonnulli contemplatiuorum, aliam merito maiorem crudelitatem in Christo contemplam: videlicet quod cum carnifices cruci affixissent, Crucem, ad clauos extendendos inuerterint: ita ut Christus facies toto corpore supra terram iaceret: & supra illam: sic autem iacens tum ex leorum ictibus, tum ex crucis pondere sacrum illud corpus miserandum in terram concussum fuit, maximè cum terram mi carnifices, ut acerbius cruciaretur, pedibus nonnunquam adeò inmaniter conculcarent, ac premerent sub duro ligno iacètem, ut tota facies fauciareretur, & ossa confringerentur, & corpus tentaretur: cuius cogitatio, posset cor quoduis in terra ex cōmiseratione ad deliquium inducere. Cōsidera adhuc dolores & tormētum, quæ Christus in cruce erigenda perpeffus, quæ multis ex capitibus aggrauata fuerunt.

Maximos  
Christus  
dolores per  
tulit in Cru-  
cis exalta-  
tione.

1. *Primum* quia in Cruce statuenda, cum illam crudeles ministri in fossam præparatam, subito cadere permetterent, corpus sacratissimum in ea suspensum, vsque adeò barbaro & inhumano hoc factò, fuit concussum, vt omnia vulnera eius renouarentur & simul nouus & intolerabilis dolor accresceret.

2. *Secundò*, propter ingens frigus: quia cū hyems esset, & tempus vehementer frigidum, corpus verò prorsus nudum & non modò vestibus cunctis spoliatum, verum etiam multis in partibus pelle & carne nudatum: per tot veluti ianuas ac fenestras apertas, (quot erant in corpore vulnera) frigus & aëris asperitas, vsque ad intima Christi viscera summo cum dolore penetrabat.

3. *Tertiò* quia cum corpore erectus in sublimi cruce staret, sanguis, magna in copia, à capite propter spinarum aculeos, ad pectus: & à pectore per vulnera illius ad stomachum defluens illumq; penè suffocans efficiebat, vt non nisi summa cum angustia & dolore respiraret.

4. *Quartò* quia quantò maius erat pondus corporis Christi, quod à tribus asperis clauis sustentabatur, tãtò vulnera fiebãt maiora atq; potëtiora, tãtoq; magis dolor crescebat, adeò vt dolore vulnerũ cū asperitate

clauorum concordante, oriretur inde sonus siue clamor valdè miserabilis, vti S. Bernardus de hoc supplicio loquens ait.

Serm. 61.  
in Cant.

*Clamat clauus, clamat vulnus, quòd in Christo sit DEVS, mundum reconcilians sibi.*

Christus  
impedimē-  
tis nostræ  
salutis se  
opposuit.

Ad extremum considera, quod Christus in hac miserabili figura, nudus, brachijs extensis, pedibusque confixis in Cruce pendens, opposuerit se nostris defectibus & impedimentis omnibus, quæ à semita cælesti nos præpediunt. Namque lignum Crucis opposuit ligno arboris, ob quam primus homo in terrestri paradiso præuaricatus est: manum, manui quam extendit ad pomum vetitum: manus suas immaniter distractas & extensas, manui incontinenter protensæ: manus suas cruci affixas, manui solutæ & otiosæ: manus orbis fines coniungentes, ei quæ Adamum de Paradiso exturbauit. Similiter quoque opposuit sublimitatem lapsui; fel, gestui: coronam spineam, Imperio tyrannico: mortem, morti; tenebras, luci; sepulturam, re-  
ditui in terram, & resurrectionem resurrectioni. Quæ omnia ex S. Gregorio Nazianzeno, non quoad verba sed quoad sensum depròpta sunt, sufficit namq; hoc patrum animabus, ad efficacem horum mysteriorum cõtemplationem: qui autè verba ipsa requirit, legat ea in primo ipsius Apologetico.

POENAS ET DOLORES COR-  
poreos Christi Servatoris ex torto-  
rum impietate auctos  
fuisse.

CAPVT IV.

NE M o inficias ire potest, non modò  
propter tormenta, sed etiam pro-  
pter tortores & iustitiæ ministros nonnũ-  
quam perpeffionem alicuius maiorem in  
modum augeri, maximè si sint naturæ as-  
peræ, omnisque humanitatis expertes &  
illius qui torquetur inimici capitales. Ita  
plurimum auxit dolores & cruciatus pa-  
tientissimi Iob, quod cacodæmon, teter-  
rimus, immanissimus, & iuratissimus to-  
tius humani generis hostis, eũ torqueret,  
& totis viribus, omnes ei molestias faceffe-  
re niteretur. Idem quoq; vehementer ag-  
grauavit, Christi Redemptoris nostri Pas-  
sionem: quia non modò tormenta, vti iã  
explicauimus, fuerunt grauissima & atro-  
cissima, verum etiam tortores adeò inhu-  
mani & crudeles, vt de illis S. Ecclesia in  
offertorio, Missæ votiux de Dominica  
Passione dicat. *Insurrexerunt in me viri ini-*  
*qui absque misericordia: lanceis suis vulnera-*  
*uerunt me; & quæ sequuntur. Expendemus*  
igitur in hoc capite horum tortorum qua-

Iob. 2.

Passio Chri-  
sti fuit gra-  
uissima pro-  
pter tortorũ  
qualitatem.

S. 5

lica-

litatem, vt pateat, quã graues fuerint corporei dolores Christi Domini & liberatoris nostri: quamq; infinitis partibus, alios quoscunq; dolores superent.

I.

Quia fuerunt homines impij.

Psal. 11.

Ioan. 11.

PRIMO igitur considera Christi passionem fuisse grauissimam, quia mortis & tormentorum illius administri, fuerunt homines impij & scelerati: de quorum impietate ac malignitate Regius Propheta Dauid loquens, ait: *Consilium malignantium obsedit me*: quia in primò illo diabolico consilio, quod contra Christum totius vniuersitatis Dominum, iniurunt, sine causæ diligenti examinatione, & processuum institutione, illum reum & morte dignum esse pronunciarunt: eam solam huius iudicij & sententiæ causam adferentes: quòd admiranda, supra naturæ vim & ordinem opera patraret. *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Ex quo patet, non tantum in Principibus & plebeis, verum etiam in sacerdotibus & Leuitis, peruersissimam & summam quandam malignitatem extitisse, vt propterea non immeritò Propheta appellet impium illud consilium malignantium, id est congregationem hominum sceleratorum & impiorum, iustum contra omne fas circumstantium, illiq; insidias apparantium.

SECVN-

SECUNDO considera, grauiſſimam **II.**  
 fuiſſe Chriſti Paſſionem, quia iudices illius *Quia fuerit*  
 fuerunt iniuſtiſſimi: quorum iniuſtitia tã- *iniuſtiſſi.*  
 tã maior fuit, quantã clariuſ nonnulli *mi.*  
 eorum intelligebant Chriſti innocentiam:  
 hanc enim Pilatus non ſemel confeſſus  
 fuerat, dicens: *Quid enim mali fecit.* Et *Matt. 27.*  
*Nullam inuenio in eo cauſam:* hanc Herodes *Luc. 22.*  
 quoque agnouerat, quando illum velu-  
 ti innocentem, ad Pilatum in alba veſte  
 remiſit: hanc vxor etiam Pilati intellexit,  
 dum marito nunciari iubet, vt **I E S V M**  
 miſſum faciat. *Nihil tibi & iuſto illi:* hanc *Ibid.*  
 denique Pilatus ipſe nouiſſimẽ manuum  
 lotione confirmauit dicens. *Innocens ego* *Matth. 26.*  
*ſum à ſanguine iuſti huius.* Et nihilo fecius,  
 eum, quem nullam omnino pœnam pro-  
 meritum fuiſſe nouerant, contra omne fas  
 & æquum morti adiudicarunt. Vnde idem  
 Propheta, ſummam hanc Iudæorum ini-  
 quitatem & iniuſtitia contra Chriſtũ præ-  
 dicens, ait: *Captabunt in animam iuſti, &* *Psal. 93.*  
*ſanguinem innocentẽ condemnabunt.* Intuere  
 igitur ingentem Iudæorum in hac Chriſti  
 condemnatione, iniquitatẽ, dum aduerſus  
 tã ſanctũ & innocentẽ virum procederent,  
 nemine exiſtente, qui illius deſenſionẽ ſu-  
 ſciperet, ſed omnibus vt illius ſanguine ſa-  
 tiarẽtur, vnanimiter in illũ conſpirantibus  
 & vociferantibus: *Tolle, tolle, crucifige eum.* *Ioan. 19.*

TER-

## III.

Quia fuerunt  
crudelissimi,  
& capitales Christi  
hostes.

Joan. 19.

Psal. 21.

TERTIO expendite tecum: acerbissima fuisse Christi in sua passione supplicia: quia tortores & ministri, quibus data est horum infligendorum potestas, non tantum erant homines abiectissimi, omnibusque scelerum maculis inquinati, verumetiam capitales inimici eius: & his multo crudeliores & efferatiores, qui eadem infligi iubebant. Quamobrem cogita quod nullum iniurię aut crudelitatis genus præterierint. Hęc autem fuit impietas inaudita, atque in solo mundi Salvatore usurpata. Ecquis enim vidit, reum aliquem ad mortem à iudicibus condemnatum, pro executione sententię, manibus inimicorum suorum tradi: quod Pilatus Christo fecit, quem turatissimis hostibus suis donavit, ut ipsius sanguine se explerent: quemadmodum S. Ioannes Euangelista testatur dicens. *Tradidit eis illum, ut crucifigeretur.* Intuere obsecro, quomodo immanissimi isti lictores atque satellites, cum Christum in sua haberent potestate, plenamque simul facultatem pro libitu illum torquendi & excarnificandi, instar ferocissimorum tauro- rum, & rabidorum canum eum circumderint; nam sacre literę, ut illorum immanitatem, qua in Christo cruciando usi fuerunt, exprimerent, nonnunquam eos canibus comparant. *Circundederunt me canes multi-*

*multi*: aliquando tauris ferocientibus: *Tauri pingues obsederunt me.* quandoque leonibus rapacibus. *Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens & rugiens.* nonnunquam alijs animantibus, natura efferis. Cogita ergo, quomodo steterit, mansuetus hic Agnus, I E S V S Christus, in medio, tot tauro- rum & leonum ferocissimorum, canumq; rabidorum, furorem suum, in illo exaturare desiderantium.

*Ibid.*  
*Ibid.*

CONSIDERA præterea, ad supradictam horum ministrorum & inimicorum Christi potestatem, accessisse quoque omnium cacodæmonum, in imis terræ locis degentium, potentiam: quia, vti asserunt, Origenes & S. Gregor. omnia quæ Iudei Christo intulerunt, *instigante diabolo* fecerunt. Quod clarissimis verbis Christus ipse significavit, quando illos ita allocutus est, dicens: *Vos ex Patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Veruntamen quia diabolus, non potest desideria sua exequi, atque ineffabilem malignitatem suam, incomparabilemque potentiam nocendi hominibus opere perficere, sine expressa facultate diuinæ voluntatis, & nõ nisi iuxta terminos ei à D E O constitutos: (quemadmodum clarissimè cernimus in libro Iob) vbi D E V S non semel, sed secundo præfigit Sathanæ limites nocendi sanctissimo & pa-

Orige. hom. 8. in cap. 20. Exod.

Ioan. 8. Potestas dæmonum & odium in Christum.

Iob. 1. 6.

& patientissimo viro Iob) hinc est quod Christus Seruator, vt nostra Redemptio esset copiosior, voluerit in horto omnium dæmonum catenas & compedes solui, vt soluti ac liberi, contra illum possent totam potentiam & rabiem suam hæctenus ligatam & impeditam exercere: iuxta illud.

*Luc. 22.*

*Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.*

*Natura dæmonis quæ sit.*

Si ergo tecum expenderis, pie Lector, ex vna quidem parte immaculatam Christi vitam, virtutum ipsius culmen & fastigium, sanctimoniam aliasque perfectiones omnibus notas & manifestas: ex altera verò odium & rabiem dæmonum, quæ tantò magis homini quærunt nocere, quântò excellentiorem in eo virtutem conspiciantur: eorum quoque potentiam & naturam, quæ teste S. Basilio, talis est, vt nullius commiseratione tangantur, nec tangi possint, imò quântò maioribus hominem malis obnoxium esse vident, tantò cupidius illum adoriuntur: sitim deniq; inextinguibilem, qua nūquam male agendo fatiantur, & fatigantur: facile intelliges, supplicia & tormenta Christi fuisse grauissima & intolerabilia: quia effundentibus malignis spiribus, totum odium & furorem suum aduersus Christum, sine vlla limitatione, per ministros tanquam filios suos adulterinos, iniustitia-

*S. Basil. in  
13. cap. Isaie  
& Arist. li.  
2. Rethor.  
cap. de com-  
mon. misere-  
rat.*

is illis supplicijs, & nouis tormentorum inuentionibus non tantum hoc egerunt & spectarunt, vt malitiam & furorem suum in illo, per atrocissimum necis genus expellerent: verumetiam vt cruciatum acerbitate victum in aliquem impatientiæ, aut alterius imperfectonis, si fieri posset, actum impellerent.

Sed totus eorum conatus fuit frustraneus, quia fieri non poterat, vt diuinitas, sanctissimæ Christi humanitati coniuncta, id pateretur. Ac proinde in persona illius Propheta Dauid rectè inquit. *impul-* Psal. 117.  
*sus euersus sum vt eaderem, & Dominus suscepit me.* Imò cum cernerent dæmones, tantò maiorem in Christo elucere virtutem ac sanctimoniam, quantò acerbiora erant tormenta: eò magis accendebatur in illis inuidia, odium & rabies, & ex consequenti malitia, in nouis artibus ad illum torquendum inuestigandis ac reperiendis.

CONSIDERA igitur, executores & procuratores necis Christi, non fuisse illi vulgariter inimicos, sed tales, vt tanquam mēbra Sathana, odio speciali, & intestino illum prosequerentur: ac proinde quo magis illum cruciabant, pretiosissimoque sanguine eius cōspangebantur: eò amplius ira & indignatio eorū aduersus Christum crescebat, eòq; magis ad grauiora tormēta illi

Odium ta-  
dorum cō-  
tra Christū  
fuit pessimū.

284 DE CORP. DOL. SALVAT.  
ta illi inferenda accendebantur. Fuit autem  
odium hoc pessimum.

1.  
Quia im-  
meritum.  
Ioan. 15. O  
Psal. 24.

Primò, quia erat sine causa, quemadmo-  
dum Dominus ipse per Prophetam testa-  
tur, inquit. *Odio habuerunt me gratis.* nul-  
lam enim causam, propter quam illum  
meritò odissent, in eo reppererunt, nec re-  
perire potuerunt.

2.  
Quia mali-  
gnum.

Secundò quia erat odium malignum  
quia cum Dominus innumera in illos be-  
neficia contulisset, inter quæ illud nõ mi-  
nimum, quod eis solis veram diuinæ legi-  
intelligentiam, veramq; doctrinam & sa-  
pientiam, præ cæteris mundi nationibus,  
tot iam annorum millibus concessisset, ip-  
si contra adeò ingrati & beneficiorum im-  
memores extiterunt, vt non modò factis  
verumetiam verbis, omne malum ei intule-  
rint, iuxta illud Regij Prophetæ dicitur.  
*Posuerunt aduersum me mala pro bonis*  
quia pro beneficijs à Domino acceptis, ni-  
hil nisi ingratitude rependerunt.

Psal 108.

Tertidò, quia erat odium ingratum: quod  
quidem pro ingenti amore, quo Chri-  
stus illos complectebatur, ipsi eum odio  
plus quam Vatiniano prosequerentur, intule-  
ta illud: *Odium pro dilectione mea.* Vbi con-  
sidera, odium quando magnum est, non  
modò non satiari persecutionibus, infamijs,  
opprobrijs, & alijs malis eius qui  
odio

LVAT. **CONSIDERATIO III.** 285

odio habetur: sed eousque crescere ac per-  
tingere: vt etiam illum cuius odio flagrat  
prorsus euertere atq; extinguere conetur.  
Ad huc terminum pertigit quoq; odiu Iu-  
daeorum aduersus Christum, quemadmo-  
dum ostendit sapientia, in persona illo-  
rum dicens: *Morte turpissima condemnemus* Sap. 26  
*eum.*

Nam sceleratissimi Iudæi, non tantum  
velut totidem bestia ferocissima & cru-  
delissima, quærebant discerpere, dilania-  
re, & necare, mansuetum Agnum Christu  
IESUM, verumetiam conabantur nomen  
eius omnino de terra tollere atque delere  
ne deinceps in mundo nominaretur: iuxta  
illud Hieremiæ. *Eradamus eum de terra vi-* Jerem. 17.  
*uentium, & nomen eius non memoretur am-*  
*plius.* quæ fuit immanitas plusquam feri-  
na.

CONSIDERA præterea, ne hic qui-  
dem substituisse illorum crudelitatem: quia  
natura crudelitatis, quando ad hunc ter-  
minum peruenit, ea est, vt quanto magis  
sanguine cruentatur, tanto amplius accen-  
datur, fiatq; venenosior. Idem euenit im-  
pijs illis ministris ac satellitibus, quoniam  
quanto magis sacrilegas manus immacu-  
lato IESU Christi sanguine contamina-  
bant, tanto fiebant venenosiores, & magis  
inflammabantur sicut ignis in medio spi-  
narum:  
T

Psal. 117.

narum: vnde per Prophetam Christus  
se ait. *Circumdederunt me sicut apes, & exa-  
serunt sicut ignis in spinis.*

Tortores  
Christi fue-  
runt pluri-  
mi numero.

CONSIDERA posthæc, aggrauata  
quoque fuisse vehementer Christi Dom-  
ni & Seruatoris nostri perpeffionem, à mi-  
nistrorum ipsum torquentium multitudine:  
nam præter immanitatem aliasque  
prædictas qualitates, numero quoque fuerunt  
quamplurimi de qua multitudine sepe  
mero in sacris literis mentio fit: vt in Psal.  
*Canes multi.* Et rursum. *Multiplicati sunt fa-  
per capillos capitis mei.* Et iterum: *Multi re-  
surgunt aduersum me.*

Psal. 21

Psal. 24.

Psal. 13.

Quanquam verò in sacris literis non  
describitur certus numerus impiorum  
tellitum & licitorum, qui Christum excor-  
nificarunt: attamen ex nonnullis reuelatio-  
nibus, sanctis quibusdam virginibus, spe-  
ciatim B. Mechtildi ostensis colligitur, quod  
los vsq; ad numerum quingentorum per-  
tigisse: nonnulli autem volunt, mille du-  
centos, viginti quinque extitisse: quod  
considerationi atque deuotioni pij Lecto-  
ris relinquimus.

B. Mechtild.

Ex eo verò quod è sacris literis constat  
quamplurimos fuisse, possumus aperte in-  
telligere, quantoperè tormenta & dolores  
corporei Christi liberatoris nostri au-  
cti fuerint, ex horum ministrorum qui  
eum

en affligerunt immanitate ac multitudine.  
 Et certè impietas hæc atque crudelitas, quoad illam tortorum & carnificum multitudinem, in solo Christo benignissimo & mansuetissimo usurpata fuit: quandoquidem alijs reis etiam sceleratissimis vnicus tantum minister à quo crucientur, attribuitur: sed Christi nullus habitus fuit respectus, imo quilibet videtur carnifex ipsius esse voluisse. Quapropter si ad intimam compassionem permoueris, quando vides aliquem ab vno duntaxat ministro excarnificari: cogita quid fuerit videre Christum totius vniuersitatis Dominum, à tam multis cruciari & affligi.

Tortores Christi fuerunt hilares prompti & solliciti ad tormenta infligenda.

Ad extremum CONSIDERA summam iniquitatem & malitiam, tortorum quoad hilaritatem, promptitudinem ac sollicitudinem eorum in Christo cruciando: quandoquidem breuissimo tempore tot generum grauissimorum & diuersissimorum tormentorum ei inflixerunt vnum acerbius altero: adeo vt tantò maiorem voluptatem capere viderentur, quantò vberiore sanguinis copiam de sanctissimo illius corpore fluere conspiciebant.

Ex quo considera fidelis anima, qualis fuerit patientia & bonitas Redemptoris tui, cum pateretur se ita affligi, cruciari & excarnificari, à tot ministris impijs, iniquis, & sce-

T 2 & sce-

& sceleratis: imò à totidem furijs infernalibus à quibus ad hoc instigabantur: demonstratis hac suæ perpeffionis acerbitate, quam ingens fuerit peccatorum totius mundi grauitas: quia quemadmodum DEVS ab omni genere hominum, omnium scelerum enormitate offendebatur: ita quoque omnibus tormentis, ab omnium minimi genere voluit cruciari: vt penitus nostris sceleribus, quæ expiaturus uenerat, responderent. Da igitur sedulam operam, vt vitam & mores tuos corrigas ac Domino tuo, talia pro te patienti communi patiaris: & veniam scelerum ab eo impetres.

DOLORES CORPOREOS CHRISTI

*sti fuisse uehementissimos propter  
vulnerum & tormentorum  
multitudinem.*

CAPVT V.

QUEMADMODVM aduertimus in Epistola præcedenti, quod multi fuerint Christi Redemptoris nostri tortores & carnifices, iuxta illud Psalmi. *Domini quid multiplicati sunt, qui tribulant me.* quoque plurimi fuerunt cruciatus, quos minimis etiam sacratissimi corporis pati-

*Psal. 30.*

partibus sustinuit: Et sicut ex numero tor-  
torum grauitas Passionis cognoscitur, ita  
quoque in illius cognitionem venire po-  
terimus per cōsiderationem ingentis mul-  
titudinis sanctissimorum vulnerum eius.

Expendemus igitur præsentī capite, om-  
nes plagas, percussiones ac tormēta Chri-  
sti, non generatim vt superius: sed specia-  
tim, quemadmodum facere docemur in  
Leuitico sub figura præcepti ibidem iussi,  
quando dicitur. *Si oblatio tua fuerit de sarta-  
gine, diuides eam minutatim.* Quod S. Isido-  
rus interpretatur de consideratione Do-  
minicæ Passionis; quæ quoniam fuit sacri-  
ficiū diuini amoris igne, in S. Crucis sar-  
tagine percoctum: vtilissimum erit fide-  
li animæ, minutim eam diuidere, & de vno-  
quoque vulnere specialem affectuosam  
meditationem instituere. Quamobrem  
annotabimus hoc loco vulnera magis  
principalia, secundum quod ea colligi po-  
tuerunt partim è sacris literis, partim è sa-  
cra Sindone quæ Augustæ Taurinorum  
visitur, partim ex alijs sanctis patribus, &  
pijs Dominicæ Passionis contemplatori-  
bus. Et si contingat nos aliquando earum  
quæ superius alia occasione diximus, non-  
nulla repetere non tamen pius Lector id  
superfluum iudicet: quia non fiet sine vr-  
genti necessitate sed ordine atque conne-

Plagæ Chri-  
sti minutim  
à nobis cō-  
siderandæ  
sunt.

Leuit. 2.

Fract. de  
Passione.

xione rerum, quarum vna sine altera intelligi & explicari nequit, exigente ita nihilominus vt institutæ breuitatis non obliuiscamur.

Transeundo igitur ad plagarum Christi particularem considerationem, & recordando verborum Dauidis Prophetæ dicentis: *Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius*: ordiemur à pedum vulneribus.

*Psal. 131.*

*De vulneribus pedum Christi.*

I.  
Vulnera  
pedum  
Christi.

**P**rimò considera, quam ingens dolor fuerit Christo quod illum admodum grauius læserint, clauosque transfecerint per illam pedum partem, in qua nervi omnes concurrunt, qui per vniuersum corpus extenduntur, & propter connexionem quam habent cum reliquo corpore, si ipsi crucientur, omnia quoque corporis membra intolerabili pena cruciantur.

2.

*Psal. 67.*

Secundò considera, quomodo Dauid nonnulli volunt in spiritu prouidens quod hi sacri pedes, propter vulnera ipsis infligenda, copiosum sanguinem essent profusuri dixerit: *Intingatur pes tuus in sanguine*. quasi volens innuere, taliter eos esse læsuros, vt non tantum ubicunque defigerentur, vestigia sanguinis relinquerent: sed videri possent, toti in sanguine immer-

esse: quod in Christo verificatū fuisse, manifestè patet in sacra syndone.

Tertio subsiste hic paulisper anima pia, & amplectendo sacratissimos hosce pedes, contemplare quomodo acutis & crassis clavis ad crucem conclauati fuerint, & per hanc confixionem, vsque adeò lacerati & cruentati, vt formam suam prorsus amiserint. Ex quo facilè cognosces in Christo Domino tuo fuisse verificatum illud quod de S. Iob dicitur. *Percussit eum diabolus vulnere pessimo, à planta pedis, vsque ad verticem eius.* Et dum amoroso cum affectu sacros pedes consideras, contemplare simul animo compassiuo, dolorū Domini tui summam acerbiteratem.

*De vulneribus crurium.*

Considera primò à plantis pedum vsq; ad lūbos, sacratissimas illas tibias siue crura, fuisse omnino liuida, & pelle nudata, à crudelissimis illis percussionibus, quas ab vtraq; parte ad columnam exceperant: quemadmodū rectè prophetauit Ieremias dicens. *Aedificauit in agro meo volēs demonstrare ipsum fuisse à percussoribus vndique cinctum, atque illos Christum sibi quasi in signum, in quod ictus suos collimarēt proposuisse, vt verificaretur illud quoq; quod S. Iob. in spiritu preuidit.*

I.  
Vulnera  
tibiarum  
& coxendi-  
cum Domi-  
ni.

Thren. 3.

Iob. 16.

T 4 quan-

quando ait. *Cōfregit me, & posuit me sibi quod  
in signum.*

2. *Secundò* contemplare animā pia, quanti  
cruciatu causa fuerint Christo, percussio-  
nes & plagæ illæ crudelissimæ, in partibus  
adeò neruosis & sensitiuis: quādoquidem  
placuit diuinę suę clementię, illas, proprio  
sanguine, velut totidem characteribus, in  
sacra sindone inscriptas & exaratas relin-  
quere, vt animæ fideles in earum notitiam  
deuenirent.

3. *Tertiò* intuere, quomodo immanissimi  
illi leones atque tortores, exercendo cru-  
delitatem suam in tibias & coxendices do-  
mini, diuinum illud templum, sacratissi-  
mi corporis eius omnino diruissent, & co-  
lumnas firmamenti confregissent, si in ip-  
sorum fuisset potestate: quia cernuntur in  
tibijs vulnera quædam & plagæ tam lon-  
gæ & amplæ, vt propter ingentem sangui-  
nis copiam, ex ijs scaturientem, sacrum il-  
lud corpus ad summam quandam aridita-  
tem & siccitatem deuenisse necessarium  
fuerit, iuxta illud Dauidis Prophetæ: *Os  
mea sicut cremium aruerunt.*

*Psal. 101.*

4.

*Iob. 19.*

*Quartò* considera, propter has plagas  
verificatum quoque fuisse in Christo illud  
S. Iob. *Destruxit me vndiq, & pereo, & quasi  
auulsa arboris sustulit speciem meam:* quod  
idem est ac si dixisset, quemadmodum &  
radie

cibus arbores sustinentur, quæ illis eradicatis corruunt: ita quoque crura Domini, quæ totum corpus illius sustentabant, per plagas & percussiones crebras, ita fuerunt debilitata, vt sacrum corpus, quod est, vera vitæ arbor, radice priuatū esse, omnemque fortitudinem & formam perdidisse videretur.

Quintò considera, quemadmodum arbores vt eradicentur & euellantur radicitus, prius vndequaque circumfodiuntur: ita etiam tortores Christi, vt euerterent atque in nihilum redigerent tibiae eius, columnas nimirum & bases sacratissimi corporis, de quibus sapiens in Canticis Canticor. ait. *Crura eius columna marmorea, quæ fundata sunt super bases aureas:* circumquaque illas crebris percussionebus tam grauitè sauciarunt, vt etiamnum in sacra sindone, ea in corporis parte cernantur quædam vulnera instar fossarum, non absimilia ijs quæ in sacris martyribus scorpionnes efficere soliti fuerunt.

*De vulneribus lumborum Christi.*

CONSIDERA primò, hanc plagam sacrorum Christi lumborum quæ maxima fuit, propter continuam flagellorum repercussionem, non fuisse vnicum duntaxat vulnus, sed quendam vulnerum

T 3 cumu-

I,  
Vulnera  
lumborum  
Domini,

Iob. 16.

cumulum, vti expressè prædixit S. Iob dicens. *Circumdedit me lanceis suis, conuulerauit lumbos meos:* & paulò post carnis dilacerationem, propter ictus sæpius conduplicatos demonstrans ait. *Concidit me vulnere super vulnus.*

Ibid.

2.

Secundò expende tecum, hanc plagam præ ceteris omnibus, inestimabilem Christo dolorem attulisse, quia fuit in parte corporis valdè sensitiva, quod probè intellexit Ieremias Propheta, dicens: *Miserere renibus meis, filias Pharae sue,* id est, sagittas, quæ acumine suo, dolorum Christiferbitatem demonstrant.

Ibren. 3.

3.

Tertidò reuolue tecum, acerbissimum quoque dolorem sensisse Christum ex hac plaga, propter vulneris magnitudinem & sæuam dilacerationem, adeò vt ossa etiam cõspicerentur, quod S. Iob significare voluit cum ait: *Tabescet caro eius, & ossa quæ fuerant tecta, nudabuntur.*

Iob. 33.

4.

Quartò considera, atrocissimum etiam fuisse huius vulneris dolorem, propterea quod in eo ferè pòderosissima Crux quiesuerit, cum Christus Seruator in ea parte sic exulcerata & lacera, illam deferret: tum etiam propter continuam vestimentorum in illo adhæsiõnem, ex quo plurimum augebatur, & dolor conduplicabatur.

*De vulneribus ventris Christi.*

**P**rimò considera, in hac corporis parte, quoniã carnis est tenerrimã, & visceribus coniunctior Christum sensisse maximos dolores ex plagis & percussionibus, vti Ieremias prædixit his verbis. *Vide Domine quoniã tribulor, cõturbat⁹ est venter meus.*

1.  
Vulnera ventris Christi.

Thren. 2.

Secundò expendetecum, ventris plagas fuisse innumerabiles, licet cæteris minutiores, quia propter cõsensum, quo venter percussionibus cedebat, & quasi consentiebat, magnum aliquod vulnus, infligi non poterat: quod tamen acerbiorum dolorũ Christo causa fuit: quia dum venter cedendo cõsentiret, quodammodo ad viscera se restringebat, cõmunicans illis percussionũ vim & atrocitatẽ: vnde fiebat, vt Christus intrinsecus & extrinsecus dolores grauissimos experiretur.

2.

Tertio reuolue tecũ de hoc dolore interiorũ Christi viscerũ, à durissimis verberibus & percussionibus proueniẽte, intelligi posse illud S. Iob. *Interiora mea efferbuerũt absque vlla requie:* Et illud Ieremiã Prophetæ. *Viscera mea conturbata sunt.*

3.

Iob. 30.

Thren. 2.

Quartò considera, dolorem hunc acutissimum & penetrantem interiora Christi, figuratum fuisse in Agno Paschali, quem DEVS, cum intestinis manducari præcepit: vt ostēderet Iudeos veri & immaculati Agni

4.

Figura ventris Christi flagellati.

Agni Christi I E S V, interiora, inaudita cum rabie deuoratueros esse, consumendo & destruendo illa immanissimorum verberum & flagellorum ictibus conduplicatis, in ventre, qui magnam & dolorosam quandam correspondentiam habebat cum visceribus.

*De vulneribus pectoris Christi.*

1.  
Vulnera pectoris Christi.

Coloss. 2.

Ioan. 20.

In caput  
Matth. 26.

3.  
Figura pectoris Christi  
si faucij &  
laceri.

**P**rimò cōsidera, pectus Christi sanctissimi illud esse, in quo velut in sacro quodam armario, omnis boni nostri, inclusa est tota plenitudo diuinitatis corporaliter vti S. Paulus ait: *In ipso inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter*: super quo S. Ioannes Euangelista, semel in nouissima cœna recubisset, sublimem illam rerum diuinarum scientiam inde hausit,

*Secundò* contemplare cum S. Hieronymo, sacrum hoc Christi pectus, percussum, flagellatum, faucium, sanguine & minutissimis vulneribus refertum: ex quo satis patet furor & immanitas percussorum. *Traditus est I E S V S*, inquit ille, *ministeris verberandus, & illud sacratissimum corpus, pectusque Dei capax, flagella secuerunt.*

*Tertid* expende tecum, pectus hoc lacerum Christi Seruatoris expressè figuratum fuisse in Rationali, quod Aaron sacrificans supra pectus gestabat: quodq; **DEVS** fieri iussit

CONSIDERATIO III. 297

iussit instar superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto & bysso retorta: illique quatuor lapidum pretiosorum ordines, quibus nomina filiorum Israel insculperentur, inferi: & Rationali demum inscribi, Doctrinam & veritatem. Considera inquam, hoc Rationale apertissimam gessisse figuram, pectoris Christi tempore Passionis. Nam in illo pectore cernebatur vera purpura, id est, pretiosus sanguis Christi vnicum nostræ salutis pretium: ordo adhæc lapidum, id est, textura quædam plagarum, quæ veræ sunt gemmæ, & stellæ cælestes, in quibus descripta sūt nomina filiorū Israel, quia propter pretiosum hoc pectus, sanguine cruentatum, describuntur in libro vitæ, fideles, veri filij Israel. Ostendebatur præterea in eodem sacro pectore doctrina & veritas; doctrina, quia in formabat nos, quomodo nosmetipsos, pectusque & cor ad omnes iētus in spirituali certamine nobis impendentes offerre debeamus. *Benedictus DEVS, Psal. 143. qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Veritas quia verificabantur dicta Prophetarum, qui de Christo prædixerant, quod sic humiliandus & in pectore lacerandus esset nostrorum scelerum expiandorum gratia.

Quarò considera, saucium hoc Christi  
Serua-

4.

Seruatoris pectus, figuratum quoque fuisse in templo, quod Salomon ædificauit, in quo sacræ literæ affirmant, quamplurima ornamenta extitisse, reticulorum more facta, id est, omni ex parte foraminibus magno cum artificio elaboratis plena. Si ergo templum, uti Rupertus Abbas testificatur, Christi figuram gerebat: foramina & vulnera in sacrosancto Christi pectore extantia, quid aliud erant, quam ornamenta illa retiaculorum more facta, quæ inestimabilibus diuitijs locupletant, ineffabili pulchritudine totâ Ecclesiam militantem ac triumphantem adornant?

*De vulneribus humerorum Christi.*

1.  
Vulnera  
humerorum  
Christi.

**P**rimò considera, quam acerbus fuerit dolor, quæ Saluator sensit ex vulneribus dorsi & humerorum, quæ videntur in sacra syndone, sanguine plene, tumida & valdè ampla, tum propter percussiones & verbera tortorum, tum propter Crucis baiulationem: quæ carnem ad ossa vsque penetrans, Christum ad eò vehementer cruciabat, ut animo linqueretur.

2.

*Psal. 128.*

*Secundò* expende tecum ad hos humeros faucios ac liuidos, respexisse Dauidè quod ait: *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatè suam: quia ædificauerunt crudelibus percussionibus,*

structuram quandam dolorum, liuorum, & amplissimorum vulnerum, supra sanguinolentos & saucios Christi humeros: & ipse ad extremum instar lapidis, tunfionibus & pressuris expoliti in sublimi sanctæ Crucis ædificio, collocatus fuit.

Neque tantum fuit dolorum fabrica, & lapis flagellorum ictibus concisus, sed etiã terra probè culta & subacta, quoniam ita immaniter percussus & flagris laceratus fuit, vt tortores in sacratissimis humeris illius, tales sulcos effecerint, quales facere solet aratrum, cum terra eo proscinditur. Hinc vbi nos legimus in vulgata editione *supra dorsum meum, fabricauerunt peccatores*, iuxta hebraicam veritatem verti posset: *dorsum meum arauerunt aratores*. quæ verba à sacris Doctoribus ad sanctissima Christi vulnera in flagellatione accepta referuntur.

Tertio, contemplare cum S. Brigida, atrocissimum illud dorsi vulnus, quod supra modum grande fuit: quia cum Cruci nodus quidã inesset, & Christus eidem nodo dorso inhereret, corpore propter pondus, descendente, magnus quidam hiatus, ibidè inæstimabili cum dolore, effectus est.

*De brachiorum Christi vulneribus.*

Primo considera, quemadmodum è sacra  
 findone patet: brachia Domini fuisse  
 multis

I.  
 vulnera  
 brachiorum  
 Christi.

300 DE CORP. DOL. SALVAT.  
multis & ingentibus vulneribus referta,  
quibus magna sanguinis copia scaturie  
bat.

2. *Secundò* expendite tecum, hæc brachia ad  
eò immaniter habita, & crebris percussio-  
nibus saucia, multoq; sanguine resper-  
figurata fuisse in cornibus arietis, qui  
brahamo, cum filium Isaac immolatum  
esset, in monte apparuit: sic enim ait Beda

Gen. 22.  
Beda in Gen.  
cap. 24. *Per cornua arietis brachia saluatoris IESU  
Christi crucifixi in medio vulnerata intelligimus.*

3. *Tertiò* reuoluè tecum: præter plagas &  
percussiones, fuisse quoq; brachia hæc mi-  
serandum in modum luxata, quando pe-  
summam violentiam instar arcus distent  
& funibus tracta fuerunt, vt ad loca con-  
clauationi destinata pertingerent: quæ  
videntur mihi commodè illis applicari  
posse hæc Prophetæ verba: *Posuisti vt arcus  
areum brachia mea.* Quibus verbis duobus  
bis repræsentantur, conformia duobus  
effectibus, qui possunt considerari in ar-  
cibus fortiter deo: quorum prior est violentia  
posterior est robur in sagittando.

Psal. 17.  
Ita brachia Christi cum essent arcus in-  
star tensa, non tantum propter violentiam  
demonstrant nobis dolorum illius acerbis-  
simam, verumetiam efficaciam & virtutem  
eorum, partim in vulnerandis suis am-  
tor-

CONSIDERATIO III. 301

toribus, sagittis diuini amoris, partim in subiugandis quibuscunque cordibus induratis & ad pœnitentiam inducendis.

Quarid, possumus quoque considerare brachia hæc à vulneribus fracta & debilitata, crudellemque in modum extensa, esse alas illas, de quibus ait Dominus in Evangelio, urbem Hierosolymitanã alloquens.

*Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti.* Ex quo intelligere possumus, quam inæstimabilis fuerit Redemptoris nostri pietas, qui propter summum & flagrantissimum nostræ salutis desiderium, ingentemque cupiditatem, qua nos brachijs misericordiæ suæ velut scuto protegere desiderat, in ijs diuinæ iustitiæ ictus, nostris sceleribus debitos excipere non dubitauit.

4.

Matt. 23.

DE VVLNERIBVS MANUUM Saluatoris.

Primò considera, vulnera manuum Christi fuisse supra modum dolorifica; eò quod crassis clauis, vti notat Abulensis, transfixæ fuissent eæ corporis partes, quæ sensum habent tenerrimum ac delicatissimum, vti sunt manus, propter nervosum atque venarum concursum: maximè cum illæ sustinerent totius corporis graue

1.

Vulnera manuum Christi. Dialog de de Pass. l. 14.

V

pon-

pondus; quo fiebat vt vulnera neceſſe amplificarentur, & maxlmam profunderent ſanguinis abundantiam.

2. *Figura vulnerū manū Christi.* *Secundò* aduerte, hæc vulnera manuum Christi figurata fuiſſe in fenestris obliquis, quas fecit Salomon in templo roſolymitano, quemadmodum legitur in lib. Regum. *Fecit Salomon in templo ſtras obliquas.* Quæ à SS. Hieronymo, Gregorio, & alijs illæ eſſe declarantur, extrinſecus anguſtæ, intrinſecus videntur tæ erant, vt maius lumen ædi ſacrededitarent. Cum igitur Templum ſignificet corpus Christi, vulnerorum eius non incongruè ſignificantur fenestras obliquas antedictas, quæ ſimplicitate ſua vitam & lucem ſemper mundo attulerunt: quæ extrinſecum tantummodo conſiderata per anguſtiam videntur, at ei qui pio cum affectu intus illa penetrat, latiffima apparent, & magnamque animabus fidelium lucem emittunt.

3. *Vulnera manuum Christi prædicta.* *Tertid* expende tecum, de iſdem vulneribus manuum Christi ſervatoris nullos intelligere locum illum Iſaiæ ait. *Ecce in manibus meis deſcripſi tibi muri tui coram oculis meis ſemper.* vel Iſai. cum 70. Interpret. legunt: *Manus depinxi tibi muros tuos, quod*

CONSIDERATIO III. 303

de est ac si DEVS diceret animæ piæ . Ecce in manibus meis vulnera sculpsi, quæ sint tibi pro muro & arce inexpugnabili, quam incolens, nihil hostile pertimescas.

Quartò considera, de iisdem vulneribus intelligenda esse verba illa Zachariæ, ingenti cum admiratione prophetantis & dicentis . *Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum? Et dicet: his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.* vbi vt daret nobis intelligere hæc vulnera amoris esse, cum interrogaretur, à quonam ita immaniter vulneratus esset: nullam facit mentionem vel acuminis & duritiei clauorum, vel odij Iudæorum, vel malitiæ carnificum, vel iniquæ sententiæ Pilati, vel aliarum iniuriarum: sed amoris duntaxat, quo eum persecuti fuerant Patres antiqui, in quorum stirpe ingratus ille populus Iudaicus descendebat. *In domo eorum qui diligebant me.*

4.  
Zach 13.

Quintò reuolue tecum, quanti doloris & pretij fuerunt hæc vulnera manuum Christi, de quibus ille multo meliori iure dicere poterat, quod de semetipsa dicit sponsa in Canticis . *Manus mea distillauerunt myrrham, & digitus mei pleni sunt myrrha probatissima.* nam cum

5.  
Vulnera  
manuum  
Christi fue-  
runt doloris  
acerbissimi.  
Cant. 5.

cum myrrha significet mortificationem  
& pœnam, sacræ illæ manus ex dolore  
vulnerum, quæ habebant magnam cum  
neruis correspondentiam, dum stillaret  
pretiosissimum sanguinem per digitos  
protulerunt myrrham probatissimam,  
sanguis ille pretiosissimorum vnguentorum  
ex myrrha & alijs aromatibus compositorum,  
pretium atq; æstimationem multis partibus  
superaret.

6. *Sexto* considera, de his manibus vulneratis & sanguine madidis intelligi possunt

*Cant. 5.* lud Cantici Canticorum. *Manus illius in nardis, aurea plena hyacinthis: Ut percussos hyacinthos accipiantur, pretiosæ sanguinis guttulæ, quæ tanti pretij fuerunt, vniuersam humanam naturam recuperare potuerint. Dicuntur quoque hyacinthi, quia sunt flores cærulei coloris, quia eiusdem sanguinis virtute Christus cœlum nobis referauit, atque infinita cœlestia dona nobis effudit, veramque salutis spem nobis impertiuit.*

### DE VVLERIBVS CAPITIS

*Christi propter aculeos spinarum.*

1. *Vulnera capitæ Christi.* **C**ONSIDERA primum, quomodo venerabile & sacratissimum Christi caput, miserandum in modum, ab aculeis spinarum vulneratum fuerit, quæ

CONSIDERATIO III. 304

omni ex parte sacratissimum illum verticē  
tingebant, & lacerabant in partibus maxi-  
mè omnium sensitiuis & spirituosis: imo  
vsque ad ossa cum intolerabili eius dolo-  
re penetrabant, ingentem copiosissimi sā-  
guinis scaturiginem efficientes.

*Secundo*, expende tecum, quam acerbus  
fuerit dolor horum vulnerum, & aculeo-  
rum penetrantium, propter frequentem  
eorum numerum. Hinc S. Bernardus ait.  
*Sed ipsa etiam eius corona cruciatus est illi, &*  
*mille puncturis speciosum eius caput deuulne-*  
*rauerunt.* S. Vincentius vult sacrum Chri-  
sti caput in septuaginta duobus locis fuisse  
fauciatum. Et *capiti eius, inquit, imposuerunt*  
*coronam, que eum in capite septuaginta duo-*  
*bis locis vulnerauit: nam erat ad modum pi-*  
*lei.* Sanctus Anselmus quoque ait: *Mille*  
*puncturis, verticem eius pretiosissimum vul-*  
*nerauerunt.* Quæ omnia manifestè satis in-  
dicant, quam acerbus fuerit dolor Chri-  
sti. Verum expressius adhuc id ipsum in  
reuelationibus extrauagantibus Sanctæ  
Brigidæ declaratur, vbi Christus de  
seipso ita loquens introducit. *Inde ver-*  
*tex meus, & caput totum puncturis spinarum*  
*lacerabatur:* Quibus verbis significatur,  
aculeis spinarum, non modò verti-  
cem, verum etiam quicquid reliquum  
erat capitis fuisse fauciatum. Quare cum

2.

Vulnera à  
spinis Chri-  
sto inflata  
fuerūt quā-  
plurima.  
Serm. de  
Pass.  
Serm. in  
Dom. Pass.

In spec. E-  
uangel. ser.  
cap. 12.

In Reuel.  
cap. 51.

Acerbissimū  
Christo do-  
lore attulit  
se spinarum  
aculeos.

vnica tantū punctura in parte adeo sententiua spirituosā, dolorem soleat excipere intolerabilem: cogita qualis quamque acerbus dolor ille fuerit, quem vulnerum tam innumerabilia, & crassarum spinarum adeo penetrantes efficiebant.

3.  
Figura capitis Christi  
spinis confixi.

Tertio reuolue tecum, sacratissimum Christi Seruatoris caput vsque adeo à spinarum aculeis fuisse vulneratum atque transfixum, vt completa in eo fuerit, paschalis figura, de quo DEVS præcepit, vt caput totum deuoraretur: quia caput Christi prorsus consumptum, & loqui fas est, deuoratum fuit à vulneribus & doloribus.

DE FACIEI PERCVSSIO  
bus, & barba, atque capillorum  
Christi euulsione.

1.  
Percussiones faciei  
Christi.

PRIMUM considera faciem illam diuinam, plenā cœlesti maiestate, propter barbam in multis partibus euulsam, & sanguinem incessanter in copia è capitis vulneribus defluentem, adeo fuisse deformatam & immutatam, non immeritò dixerit Isaias propheta *Quasi absconditus vultus eius, & despectus, & de nec reputauimus eum: quibus verbis*

Isai. 53.

nuit faciem Christi ita fuisse deformatū,  
vt propriam effigiem inuiferit, & amplius  
agnosci nequiverit.

Secundò expende tecum, illis barbæ e-  
uulsionibus, & dolorificis faciei Saluato-  
ris percussionibus impletas & finitas fuisse  
quamplurimas prophetias: vt illam I-  
saiæ. *Genas meas dedi vellentibus: & Sanctus*  
*Iob. Percusserunt maxillam meam, satiati sunt*  
*pœnis meis.* Et iterum. *Facies meâ intumuit*  
*à fletu.* Et Ieremiæ. *Dabit percutienti se ma-*  
*xillam;* & aliæ similes, in quibus  
considerare potes doloris magnitudi-  
nem, quem in hac corporis parte sen-  
sit.

Tertiò reuolue tecum, non modò mani-  
bus fuisse diuinam illam faciem percuf-  
sam, verum ad maiorem Christi dolorem  
& contumeliam, fuisse quoque ab imma-  
nibus ministris adhibitas arūdines, quem-  
admodum prædixit Michæas propheta  
his verbis. *In virga percutient maxillam*  
*Iudicis Israel.* intelligens id de arundine  
qua caput & facies Christi, verissimi Israe-  
litarum & totius mundi Iudicis, percussa  
fuit.

Quartò considera præter antedictas fa-  
ciei percussiones & barbæ acerbissimas e-  
uulsionibus fuisse quoque capillos multis a-  
lijs in partib⁹ Christo euulsos, vsque adeo,

V 4 vt pel-

2.  
Prædictio-  
nes de bar-  
bæ Christi  
euulsione &  
faciei per-  
cussionibus.  
Isai. 50.  
Iob. 16.  
Thren. 3.

3.  
Mich. 5.

4.

Job. 19.

vt pelle capitis non tantum depilata, verum  
etiam exangui & adusta remanente, in  
verificatum fuerit illud S. Job. *Pelli mea  
sumptis carnibus adhasit os meum*: quod pe  
inde est ac si diceret: ita doloribus consi  
ptus sum, vt nihil mihi amplius, præter pe  
lem & ossa reliquum sit.

DE VV LNERIBVS CORP  
ris Christi propter flagella.

1.

**P** R I M Y M considera, sacratissim  
Christi corpus tam horrendum  
modum flagellis fuisse dilaca  
tum, vt ab imo pedis, ad summum vultu  
capitis verticē, nulla in eo pars sana rep  
riri etur, quemadmodū rectē notat S. Be  
nardus dicens. *Corpus totum, ad eod vulneru  
concisum, vt à planta pedis, vsque ad vertice  
eius, non sit in eo sanitas.*

Serm. de  
Passione.

2.

Numerus  
verberum  
Christi in  
flagellatio  
ne.

**S** E C U N D O, expende tecum, in corpore  
illo delicatissimo tot verbera ab imman  
bus percussoribus atque tortoribus flag  
ellis exarata & impressa fuisse, vt secundū  
vulgarem cōtemplatiuorum opinionem  
ad numerum sex millium, sexcentorum  
sexaginta sex peruenirent: ex quibus  
factum est, vt totum illud corpus vnica  
tantummodo vulnus, vel cumulus quorū  
vulnerum super vulnera esse videretur.

quod maiorem in modum dolores Christi auxit.

Hic vulnerum adeo crudelium corpori Christi à flagellis inflictorum numerus, non tantum à S. Iob prædictus fuit, quando ait. *Multiplicauit vulnera mea, etiam sine causa.* Et rursus. *Concidit me vulnere super vulnus.* verum etiã idem S. Iob. expressa fuit eiusdem Christi figura, vti S. Gregorius Papa obseruat, qui dicit eum, & nominis significatione, & illis quæ sustinuit, Christi figuram gessisse. *Iob, inquit, Redemptoris nostri passiones, eiusq; corporis, & passionis sua signauit & nomine: Iob quippe interpretatur dolens: & quis alius in Iob dolente figuratur, nisi is de quo scriptum est. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit?*

Numerus  
vulnerum  
Christi ex  
antedictis  
percussionibus.  
*Iob. 9.*  
*Iob. 16.*

*Moral. 16.*  
*cap. 1.*

Confidera hinc quam incredibilem dolorem Christo attulerit, ingens hic vulnerum numerus, de quo recentiorum Doctorum quidam, flagellationis Christi atrocitatem, verberumque multitudinem secum expendens, hanc rationem reddit: *dicens; Superadditur & spissatur plaga super plagam, liuor super liuorem, fractura super fracturam, sanguis super sanguinem; innumerabiles enim fuerunt plagæ illius: nam cum mensura peccati sit plagarum modus, Christus fuit flagellatus pro peccatis nostris, quæ innumerabilia fuerunt.*

*Didacus*  
*Stella.*

310 DE CORP. DOL. SALVAT.  
DE VVLNERE SANCTIS-  
simi lateris Christi.

1.  
Vulnus la-  
teris Chri-  
sti.

**P** R I M V M considera, hoc vulnus in dextro latere extitisse, quemadmodum patet ex sacra Syndone, & principuorum Ecclesiæ Doctorum observatione. Et verò, quanquam vulnus hoc pro mortem Christo inflictum fuit, ideo corpus eius nullum inde dolorem sentiat, tamen quoniam illud prævideret, quantum ex eo sanctissima mater sua dolorem perceptura erat, probè cognoscere habebat, multò ante quam infligeretur, incredibilem ex eo dolorem cœpit.

2.  
Magnitudo  
vulneris la-  
teris Chri-  
sti.

*Secundò*, expende tecum, vulneris huius magnitudinem, quod in longitudine habet vnciam vnã, & tres quartas eius partes: in latitudine semiunciam, quemadmodum ex sacra Syndone manifestum est, & colligi etiam potest ex ferro lanceæ quod Romæ in Ecclesia S. Petri reuerenter asseruatur: Cuius quoque magnitudinem Saluator ipse innuit, quando in Euangelio S. Thomam hortatur, vt manus suam inferat in latus suum dicens: *Affer manum tuam, & mitte in latus meum.*

Ioan. 20.

3.

*Tertiò*, reuolue tecum, ex hoc vulnere profluxisse verum sanguinem & veram vitam, quam, vti S. Euangelium affirmat, quod

Ambro-

CONSIDERATIO III. 311

Ambrosio attestante, valdè mirum fuit. *Lib. 10. in Luc. cap. 3.*  
*Primum*, quia ab homine mortuo processit; cum post spiritus emissionem sanguis in corporibus ferè soleat congelari. *Deinde*, quia ex vno vulnere sanguis & aqua simul prodijt, non permixtim, neque confusè, sed distinctè, idque eodem tempore: quod cum S. Euangelistæ Ioanni miraculosum, vti reuera erat, videretur, vt dictis suis maiorem adderet efficaciam, mox subiunxit, se oculatum huius rei testem extitisse, ideoque testimonium de illa perhibere. *Exiuit sanguis & aqua; & qui vidit, Ioan. 19. testimonium perhibuit.*

DE TORMENTIS QUAE  
 Christus in sensibus suis perpeffus est:  
 & primum in visu.

CONSIDERA Christū in sensu visus vehementer cruciatū fuisse. *Primo*, propter velū, quo sanctissimi oculi eius obuelati fuerūt, illis qui circūstabant, eū deridētibus, alapis cædētibus, atq; vti S. Lucas affirmat dicentibus: *Prophetiza, quis est qui te percussit?*

I.  
 Tormenta  
 quæ Christi  
 in visu  
 perpeffus  
 est.  
 Luc. 22.  
 Matth. 26.  
 Marc. 14.

*Secundò*, propter ingentē abundantia lachrymarū, quæ à purissimis oculis eius tempore passionis processerunt, & velut aquæ tribulationum per diuersos riuos defluentes terram irrigarunt.

Ter-

3. *Tertio*, propter sanguinem, qui à capite spinarum aculeis perforato, in faciem & oculos tanta copia decurrebat, ut pro necessarium fuerit, inde aspectum eius obfuscari, iuxta illud, quod in figura ipsius S. Iob prædixerat. *Palpebra mea caligaverunt.*
- Iob 16.*
4. *Quarto*, propter violentiam puncturum capitis: quæ habebant dolorificam quandam correspondentiam à capite in oculos: quemadmodum significatum fuit per Ieremiam dicentem. *Oculus meus confectus est.*
- Lhren. 3.*
5. *Quinto*, quod inimicos suos crudeliter efferatos præsentis cerneret, illorumque cæcitatem peruideret.
6. *Ad extremum*, propter aspectum dilectissimæ matris suæ, afflictæ suæ causâ, & aliarum mulierum se insequentium & lamentantium.

DE TORMENTIS QUAE  
Christus in gustu perpeffus  
fuit.

I.  
Tormenta  
gustus.

CONSIDERA Christum in hoc sensu, incredibiliter cruciatum fuisse. *Primo*, propter sitim flagrantissimam, qua supra modum affligebatur, quæ profecta erat ab ingenti lassitudine, & copioso sanguine ex omnibus venis profuso.

CONSIDERATIO III. 113

fo; ita vt propterea totus exuccus & exhaustus esset.

Secundò, propter spiritualem sitim animarum, quam intrinsecus ardebat, quæ sicut corporali multò erat flagrantior, ita intolerabilius eum affligebat & cruciabat. 2.

Tertid, propter gustum felle & aceto amaricatum & infectum, de quo per Prophetam Dauidem conqueritur dicens: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Et verò tanti cruciatus, fuit impietas hæc atque immanitas in Salvatore usurpata, vt quasi cæterorum tormentorum oblitus, huius specialem & assiduam à nobis exigat memoriam, dicens: *Recordare paupertatis & transgressionis meæ, Thren. 3. absinthij & fellis.* 3.

DE POENIS ET AFFLICTIONIBUS quas Christus in auditu sustinuit.

CONSIDERA Christum in hoc sensu vehementer tortum & cruciatum fuisse. Primò, quod audirent clamores horribiles, & voces infernales totius populi aduersum se, veluti tot effectorum leonum rugitus. I. Tormenta auditus.

Secundò, quod perciperet murmurationes, maledictiones, & blasphemias tormentorum 2.

rum horrendas, quæ illi erant totidem in  
cula mortifera, cor ipsius penetrantia.

3. *Tertio*, quod audiret iniustas quærimo-  
nias, & falsas accusationes, quas contra  
mendaces testes deponebant.

4. *Quarto*, quod perciperet irrisiones, &  
iurias & probra, quæ in se iaciebant, &  
quo per Prophetam lamentatur cum ait

*Psal. 58.*

*Factus sum illis in parabolam. Quod etiam au-  
diret clamores, ac strepitus populi vociferan-  
tis. Tolle, tolle, Non hunc sed Barab-  
bam.*

*Ioan. 19.*

5. *Quinto*, afflictus fuit in sensu hoc re-  
menter, quando intellexit, Petrum cum  
iuramentis se negasse.

6. *Sexto*, cum perciperet lamenta com-  
miseratione plena, sanctissimæ matris suæ,  
aliam matronarum.

*DE CRUCIATIBVS, QVO  
Christus in odoratu tolē-  
rauit.*

I.  
Tormenta  
odoratus.

**C**ONSIDERA, quantoperè Chri-  
stus in hoc sensu afflictus fuerit. Pri-  
mò, propter fœtorem putidissimo-  
rum sputorum, quibus facies eius ven-  
randa & diuina deturpata fuit: quod tor-  
mentum spontaneè pro te sustinere vo-  
luit, quemadmodum per Isaiam testatur  
dicentis

CONSIDERATIO III. 315

dicens. *Faciem meam non auerti ab incre-* *Isa. 50.*  
*pantibus & conspuentibus in me.*

2.  
*Secundo*, propter graueolentiam loci il-  
lius, in quo cruci affixus fuit: qui erat fœ-  
tidissimus, tum quoniam ad illum omnes  
spurcitia vrbis deferebantur, tum propter  
fœtorem ex cadaueribus eorum, qui ex-  
tremo supplicio illic afficiebantur exha-  
lantem.

*Ad extremum*, ex omnibus quæ supradi-  
cta sunt colligere possumus, in hoc loco  
montis Caluarie, vbi Christus vitam fini-  
uit, terminatas & perfectè adimpletas fuis-  
se omnes figuras & prophetias, de illo scri-  
ptas: iuxta illud Isaie. *Consummationem &* *Isa. 10.*

*abbreviationem Dominus DEVS exercituum*  
*faciet in medio omnis terra.* id est, Dominus  
DEVS abbreviabit & consummabit om-  
nia, quæ de Christo in veteri lege & pro-  
phetis, scripta, figurata, aut prædicta erant,  
idque in medio terræ, id est, in monte  
Caluarie, vbi Christus fuit in Crucem  
actus, quemadmodum Regius Prophe-  
ta declarat, cum ait: *Operatus*

*Psal. 73.*

*est salutem in medio*  
*terra.*

CON